

ANNOTATIONES IN REGVLAM DIVI AVGVSTINI

Episcopi, hungarico sermone luculentissime donatam, in gratiam fratrum eremitarũ ordinis Santi Pauli primi eremite.

Csíki Székely Múzeum
Csíkszereda

REVERENDO

PATRI FRATRI GASPARI,
ordinis fratrum Eremitarum. D. Pau
li Primi Eremite Regula Beati Au,
gustini Episcopi professorū Prio
ri Generali, Frater Gregorius
Pannonius eiusdem ordi,
nis, sed non meriti. S.
P. D. seq̄ humiliter
summittit.

Csíki Székely Múzeum
Csíkszereda

Venerandus p̄ frater Valēti,
nus, Vicarius Gñalis, hō in
primis bonus ac prudens, q
añte Reuerē. pater exacto
quadriēnio, quod apud nos
summæ integritati id genus hominibus
sacratum est, hoc ipsum munus, quo tu
rum appl[illegible] su[illegible] vt video) q̄
[illegible]timi augu,
[illegible]ria cū lau,

fratres instituerentur, redderemq; regu talem, qualis ab authoris sensu profecta esset, idest, euangelicã, q̃ nostro æuo sint complures, q̃ calumniandi ansam vnde quaq; sibi venentur, q̃cq̃d ab homine institutũ est cõuellentes, Ego q̃ semp lum meauthoritati parere didici prouinciã eã eo libentius suscepi, quo amoris eius magnitudo me prouocaret impensius, Quodq; animaduerterem ita institutis euangelicis instructã esse, vt mihi q̃dẽ, aut euangeliũ esset, aut nihil discederet ab eius præceptis, cuius crebri interim articuli, ꝛpe & mẽbra, cesa quoq;, e fonte illo petita essent, vt iam paulo audentius & marginali mihi annotatione illustriorẽ redderem, partius primũ, deinde vbi amplior eiusmodi cura incubuisset copiosius, Videbã enim in ea, cũ in dies maiori lumine sese offerret, absolutissimum quendã informari effingiq; religiosum, & eum q̃dem, qualis fortasse nemo fuit, q̃ is Deo magis ꝓximus sit, supraq; passiones carnis ac animi affectiones, q̃ hoi, vt vel hinc maxime regula appellet q̃ idea sit & forma absolutissimæ cuiusdã pfectionis. Id quod & euãgeliũ ipsum

in primis referat, nisi q̃ hic enucleatius veluti breui in tabella forma illa expressa sit, fusius illic, qua apostoli erãt, a seq̃ primi instituti christiani, Magno eq̃dẽ Dei optimi & Max. consilio, cum enim mortaliũ genus, Christo per regenerationis lauacrum iniciatum, ab optimis illis vite legibus spiritu sensim a carne euicto ad sua desideria deflueret, vt vix vnus alterue supesset, qui Christum vere referret, apostolorũq̃ vitã, & illã amabilem primitiuæ ecclesiæ concordẽ continẽtissimãq̃ societatẽ, excitato spiritu in. D. Augustino, cum iam adscitus in consortium sedis a Valerio hiponensi episcopo esset, prodiit eius opera summæ perfectionis regula hæc, quæ primũ qdem in deũ amore dirigeret, deinde in p̃ximum, vitæ cõmunẽ societatẽ reliqua sui parte edocens, quã nemo bonus cõtemnere possit, sub qua tam latissime in toto orbe christiano militatur, vt vna hæc videatur satis luminis circũferre oĩbus, ad quã quicũq̃ incesserit, minus impinget, minus labit, deuiat minus. Cui tu optime pater, vt es virtutũ oĩum cultor eximius, quiq̃ summe insecteris vitia, adeo

affectus es, vt videare nocturna versare manu, versare diurna, vt nūq̄ sine animi tui voluptate aut legas, aut audias, siue etiam suauiori quadam dicendi vi interpreteris, & ideo nostra quoq̄ hæc, qualia cūq̄ sint, sed quæ sensum ꝓpinquius reddant, primum amplexus, vt soles omnia quæ optimi rationē habeāt, & ita amplexus, vt primus iudicares incunctanter in lucem emitti, id quod discedēti a te maiori quadā authoritate mihi iniunxeras. Verū, q̄ soleo tū dictis tum scriptis paulo verecūdior esse, toties licet flagitatus ab aliis, a te aūt iussus, non tñ vllo pacto mihi publicatione ꝓsuadere poteram, q̄ nec tale esse iudicare, q̄d publicationem mereretur, sed nec id genus partubus destinatum tēpus exactum erat, fetusq̄ ipse immaturus, ne abortiret, maiores sane vires, maiores neruos, & sanguinem expectabat, q̄ vt sic intempestiuius effunderetur, ideo diferebā, Venetiis agens, amplius semestri tpe, donec improbam animi peruicaciam proficiendi studio euincerem, tuo vel maxime parere volens imperio, q̄ sic ab initio mihi amico pectore faueas, measq̄, quas vocas, vir-

tures omnes tuas ducas, Accipe igitur tibi dicatum inſcriptumq; opus, proditū tuo imperio, Tibi debeant quicquid alii voluptatis, quicquid emolumenti ex eo capient, a teq; ipſo primam ſumat exiſtimationem, cuius auſpicio prodit, in cuius ſinu ipſe quoq; tuto, ſuauiſſimeq; conquieſco. Vale præſidium, & dulce decus meum.

Venetiis. iiii. Id. Martias

M D XXXVII.

Csíki Székely Múzeum
Csíkszereda

QVICVNQVE HANC REGVLAM SE cuti fuerint, pax ſuper illos, & miſericordia Dei.

FRatres in Chriſto dilectiſſ. hæc verba originaliter ſcripta ſunt ad Gala. 6. cõgrue aũt induci poſſunt in exordium regule noſtre quã ſcripſit beatus Augu. epiſcopus in quam & profeſſionẽ ſolenni iuſiurando fecimus, vt deo immortali mĩlitantes ſincerius iuxta euangeliũ viuamus. In cuius exordio id comprimis perſpiciendum eſt, qa beatus Auguſti. in ſpirituali hac vita, quam nobis reſtituit chriſtus, ſuoq; euãgelio imitari docuit, dirigere intẽdens, a dilectione dei, & proximi, quod indubitatum fundamentum vitæ ſpiritualis cõſenſu oĩum fore dignoſcit, ſuã hanc regulam auſpicatur, longa dehinc ſerie innoteſcens, quid iuuet ſpiritualem hanc vitam, quid ve impediat deſtruat ve. Iuuat autem vnanimitas, & concordia, orationum inſtantia, edomatio carnis in abſti

Csíki Székely Múzeum

mentia eſce & potus, paupertas vitæ, caſtitas, obediẽtia, & ipſa humilitas. Quicquid vero his contrarium eſſe cernitur, conſtat quia non in edificationem, magis autem in deſtructionem ſpiritualis vitæ, quam profitemur vergit. Summa verbi eſt. Chriſtus inſtituit ſuo aduentu ſpiritualem vitam his, qui hæreditatem capiunt ſalutis, ad quã nos idem perduxit, quæ tota, in charitate fundatur.

quam præſcribit hæc regula.

Csíki Székely Múzeum
Csíkszereda

INCIPIT REGVLA BEATI AVGVSTINI EPISCOPI.

HOc titulo insignitur regula hæc professionis nostræ cõmendata ab authore, ꝙ sit ille excellens ecclesiæ doctor qui totũ orbem illustrauit sua sapientia. Quæ quia particulatim maxime in sensu excerpta est ex sacra scriptura, iuxta tota Christi est, reuera Christi potius dicẽda, qui spiritum excitauit in beato Augusti. vt eam iuxta formã apostolicam perscribat regulam.

Ante omnia, fratres charissimi, diligatur deus: deinde proximus. Quia ista duo præcepta sunt principaliter nobis data.

Zerelmes atiamfiaii mindeneknek elevte zeretteſſek iſten, annakutã

na baratunk. Mert eket parancholatok vãnak fekeppẽ nekeunk adatuan.

FVndamentum regule aliud non est q̃ ipsum euangelium, quod totum charitas est, quæ tã necessaria res est, vt sine hac nulli christiano homini constet salus, probat sanctus apostolus. 1. cor. 13 Si linguis hominũ loquar, & angelorũ, charitatem autem non habeam, factus sum, velut es sonans, aut cimbalum tiniens, quæ cum aliis sonitu ꝓsunt, cæterũ se ipsa pulsu destruunt, plura ibidẽ in hanc sententiam dicit, ꝙ nec prophetie sine hac valeant, nec sapiẽtia vlla, immo quod maximũ, & valde mirabile est, nec ipsa fides. In qua iustum quenq̃ tradidit Abachuc viuere, allegat Paulus. Ro. 1. Sed neq̃ distributio rerum pauperibus, Perinde ergo est charitas ĩ re salutis atq̃ radix ĩ arbore, sine qua nec folia nec fructus, sed cõbustio ignis, propterea & in lege maximũ præceptum datum fuit de ipsa dilectione vt habetur. Deu. 6. leuit. 16. Matth. 22. Mar. 12. eo ꝙ quicqd in lege continetur, totũ in id ipsum desinat:

vt diligatur deus ſuper omnia, & proxi/ mus æque nobis. Ideo vocat dilectionē Paulus legis plenitudinem. Ro. 13. & finem præcepti ipſam charitatē. 1. Tim. 1 quam definit de corde puro, & conſcientia bona: & fide non facta, ibidem.

Hæc igitur ſunt, quæ vt obſerue/ tis præcipimus in monaſterio conſtituti, Primū, propter quod i vnū eſtis congregati, vt vnanimes habitetis in domo: & ſit vobis anima vna, & cor vnum in domino.

Ezek azert kiket parancholunk, hogh meg tarchatok monoſtorba helheztettek'. Elezteb, amyer/ tis egyeue uattok gyelekezuen, hogh egh akarattal lakiiatok iſtē/ nek hazaba, es legiē nektek egh lelketek vr iſtenbe.

PRoposito hoc tā iſigni p̄clariſſimoq; fundamento, cui tota ſcriptura ſacra innititur, & quod robur ſalutis noſtræ in

primis est, deinde nunc superstruere suas præceptiones beatus Augusti. aggredit, primũq; hortatur ad vnanimitatẽ & cõcordiam, tam forti persuasione, vt rationem capiat a b prima cuiusq; nostrum intẽtione, qua illis initiis ingressi fuimus hanc religionem, Quando non aliud cogitabamus, q̃ vt concorditer in sancta ꝓfessione, ad quã sua inspiratione, induxit nos Christus, communi charitate conuiueremus, alias quis vnq̃ in hanc sodalitatem accessisset? Conuenit ergo vt primã intentionem nostram semper in recenti memoria habeamus: & id facto exhibeamus: id est. Vt viuamus vnanimiter & concorditer. Id quod in primis charitatis est, Nõ potest in Christo sine charitate quisq̃ viuere, quia Christus est charitas. Deus enim charitas est. qui disperſa coniunxit. Nihil magis proprium est charitati q̃ coniungere, coniunctaq; fortissimis retinaculis constringere tenereq; vt non aliunde præceptiones iste, quæ hic traduntur incipi debuerint q̃ a charitate Vnde oĩa deinde, ceu e fontis scaturigine riuuli ꝓfluũt. Nãq; oĩa quecũq; hic ꝓcipiuntur nõ nisi mera charitas sunt. Quid

enim oro, aliud fuerit vnanimem esse, vnamq; animam habere & cor in domino, nisi in charitate subsistere, atq; hanc vnam rē agere? Vnitiua vis quædam est charitas, quæ non sustinet diuisiones. Næc Christo, credite, cordi est congregatio dissentiens, qui alias petit patrem, vt vnum sint sui, in ipso. Ioā. 17. Hoc est ergo vnanimes esse, quod animam vnā habere, id est charitatē tenere, A diecit aūt, in domino, hanc videlicet particulam, vt exploderet male sibi consentientē societatem, neq; enim latrones, fures, adulteri, etsi mutuo se ament, & vnanimes sint, quia tamen in malo, & nō in domino charitatem habere dicuntur, quæ solum in domino quærit domicilium, & in domino qui sunt consentientes, in eis residere putatur, Primum igitur præceptorum est, vt vnanimes habitemus in domo, nāq; propter id in vnum congregati sumus, est aūt argumētū a necessitate causæ. Quia propter id congregati sumus in vnum, vt vnanimes habitemus in domo, ergo necesse est, vt ita habitemus, & non sint in nobis schismata. Sed q; sit nobis anima vna, & cor vnū in do-

mino, Nobis, inq̃, qui in monaſterio ſumus cõſtituti, dicit namq; Paulus. Quæcunq; lex loquitur, his qui in lege ſunt loquitur. Ro. 3. cogit ergo ſolos nos præceptum ad eius obſeruationem. Et quia virtutibus vitia contraria ſunt, prudentiſſime vitium, quod ex diametro ſeu oppoſito contra virtutem vnanimitatis armatur, ſecundo, & mox ſequenti præcepto amouet dicens.

Nec dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia.

Semõgyatok valamit tulaidont, de legyenek nektek mindenek kezenſegeſſek.

QVã aptiſſime p̃cepta ex præceptis naſcantur, & q̃ pulchro ordine, vides, poſt geminam charitatem, vnanimitatẽ poſuit, q̃ effectus eius ſit, nunc quod maxime poſſit impedire, immo & rumpere vnanimitatem cauet, qđ proprium eſt. Nam ſi id inſanctam congregationem irrepſerit, diſſoluta ſit vnanimitas neceſſe eſt. Propter meum enim & tuũ vniuerſus orbis diuiditur conſti-

git: Vbi opere precium fuerit nosse qd id sit per definitionem. In oī enim inquisitione oportet primum intelligere, qd per nomē significetur. Id nāq; præcognitionem quandam adfert ad rei proprietates posterius cognoscēdas, vt dicit. S. Bonauentura super. 2. dist. 34 q. 1. vnde ēt adstruit. D. Augu. Manicheum hereticū lapsum, ꝙ nesciret, quid foret malum de malo disputaturus. Propriū ergo, vt ad præsens pertinet, est ꝙcquid celatur abbati. 1. occultatur a prælato, vel tenetur sine permissione, aut cōtra voluntatem eius. Sed fieri potest vt illegitimā qñq; faciat permissionem deprauata voluntate prælatus. vtpote ad tenendam pecuniam, vel aliud, propter quod, vitium ꝓprietatis incurritur. Igitur vt penitus definitio pōita explicet totam rationē definiti, sic/definiri aliis placet. Proprium est res quā quis possidet per se, vel per aliū, animo tm̄ pro se habendi, vel quantū in ipso est tanq̄ suum defendendi, siue cum permissione id habeat, siue nō, & hæc est perfecta proprii definitio, quæ abscindit omnem possessionem a professore integerrimo vere paupertatis. qui a profes-

Csíki Székely Múzeum
Csíkszereda

sione iã deinceps non est sui iuris. Quod si iuris sui non est. Quid malum vt possi dere velit aliquid? Vnde nota q̃ is qui re ligionẽ ingreditur debet oĩa relinquere, & nihil mundi retinere triplici ratione. Primo vt pacem cordis habeat. alias id nõ assequetur, Sicut nec q̃ in sinu spinas abscondit, & nõ eiicit. Senece grauis mo rum magistri sententia est. Proiice quæ cor tuũ laniant, quæ si aliter extrahi ne queunt, cor ipsum cum eis euellẽdũ est. Secundo vt deus eum totum habeat. nã si aliquid mundi a professione quis possi det, princeps huius mundi .i. diabolus aliquid in eo habet, & non est totus dei. Vult enim Christus nihil cum hoc prin cipe commune habere. Quæ enim partici patio (dixit Paulus) iustitiæ cũ iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ cõuentio Christi ad Belial? 2. cor 6. Necesse ẽ ergo vt excussus expeditusq̃ ab his sit ípedimẽtis, q̃ ad religiõis statũ accedit, vt nõ retinaculis retrahatur, pos sessioq̃ dei sit ex toto. Tertio ne pro modico multa perdat, Religiosus enim habens proprium amittit deum. Augustini verba sunt in persona talium. Ego per

auaritiam

auaritiam meam nō te amittere volui, ſed volui tecum poſſidere, mendacio te amiſi, quia non dignaris cum mendacio poſſideri. Porro miſeret me enumerare qbus proprietarius exponat ſe periculis in religione. Primum horum eſt, quīa eo facto fit inobediens ſuæ regule, quam ob ſeruare ſolēni voto ſe adſtrinxit, & periurus, ꝙ vouerit paupertatē, nec obſeruat, & ſcandaloſus, per quē plures labantur, Sed ve hoī per quem ſcandalum venit. Matth. 18. Secundum quia inobediens, eſt eccleſiæ, quæ canit, ne quis monacho rum poſſit habere proprium Sic enim le gis extra de ſtatu monachorū. Cū ad mo naſterium. Prohibemus diſtricte in virtute ſancte obediētiæ, & ſub atteſtatione diuini iudicii, ne quis monachorum proprium aliquomodo poſſideat. Sed ſi qs aliquomodo poſſidet, incontinenti reſignet. Si vero deprehenſus fuerit, regulari ammonicioē præmiſſa de monaſterio expellatur, nec vltra recipiatur, niſi peniteat ſecundū monaſticam diſciplinam, & ſi in extremis proprium circa aliquem repertum fuerit, ipſum cum eo in ſignū perdictionis ſubterretur, Tertio, quod

horrendissimū est, quia proprietarius est ipso facto excommunicatus, vt habetur extra de statu monachorū, vbi legis: Monachus qui peculium habuerit, nisi ei ꝑ iniūcta administratione ab abbate ꝑmissum fuerit, a communione remoueatur altaris, & qui in extremis cū peculio inuentus fuerit, & digne nō penituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec iter fratres sepulturam recipiat. Quarto fit irregularis, idest, sine regula, aut lege, Sed quid dicit apostolus? Quicūq; sine lege peccauerūt, sine lege peribunt, & quicūq; in lege peccauerunt per legem iudicabuntur. Ro. 2 Ideo Bern. Monacho habenti propriū, deus negabit suum proprium, quod est misereri & parcere. Et proprietarii, nisi conuertantur, vt frequētur, mala morte & subitanee moriunt. Sic mortuus Ananias, Sic & Saphira vxor, de qbus Act. 5. Quam ꝑudenter itaq; maximū hoc malum hæc sacra regula a suis ꝑfessoribus cauet cum dicit. Nec dicatis aliquid ꝑprium. Minus est dicere q̄ habere. Qd si id quod minus est cauet, multo magis id quod maius. Vel id dicimus quod habemus, vt sit dicere pro habere. Nec dica-

tis, id est, nō habeatis. vt qui in commu-nem vitam iurastis, state iusiurando ve-stro, vt cōmuniter habeatis omnia, q̄ & vosmet cōmunem fecistis congregatio-ni, & nemo vestrū sui iuris sit. Hæc iccir-co fusius tradidi, q̄ sit vnum e tribus pro fessionis nostræ votis, paupertatis votū, cōtra quod proprietas dimicat semper, Tu fac ex multis plura coniice. Hic mi-hi statim exiliat quis, dicens, fieri non potest vt vita hæc præsidio careat suo, & donec in mūdo sumus, multis circūual-lamur necessitatibus, Quis igitur pro-uidebit mihi? Ad hoc in promptu esse re-sponsio in eo quod sequitur.

Et distribuatur vnicuiq̄ vestrum a præposito suo victus & tegumē-tum, non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes, Sed potius vnicuiq̄ sicut cuiq̄ opus fuerit, Sic enim legitis in actibus apostolorum, q̄a erant illis omnia cōmunia, & distribuebat vnicuiq̄ sicut cuiq̄ opus erat.

Es oztaſſek mindennek eu feiedel/ metevl eledel es fedezet, nẽ egarãt mindenteknek, mert nẽ egarant va lo ereuel vattok, de inkab minden/ neck amint kinek zevkſeg leend. Mert iig oluaſſatok az apoſtoli iaraſtol valo kẽbe, hog valanak ne/ kik mindenek kezenſegeſſek: es oz tatik vala mindennek a mynt ki/ nek zivkſeg vala.

TRia hic docemur. Primum eſt. vt a prælato domus vnicuiq; victus & tegumentũ prouideatur, quibus ſolis. i. victu & amictu contenti debent eſſe reli gioſi, iuxta illud apoſtoli. Habentes ali/ menta, & quibus tegamur. his contenti ſimus. 1. Tim. 6. nam ſoli neceſſitati na/ turæ in ſuſtentationem eius prouidere debemus, & non intendere ſuperfluuita/ ti, quemadmodum mũdo dediti ſolent, qui cumulatis addunt, nec vnquã ſacian tur vſq; ad ſuppremum ſpiritum. Secun/ dum eſt vt non equaliter oĩbus prouiſio eiuſmodi fieri debeat. Sicut nec oĩbus

nō eodē mō infirmis prouidet medicus, ſed ſicut cuiq; opus fuerit, pro diuerſitate infirmitatis eorum, vt his det hoc genus medicaminis, aliis aliud, iuxta exigentiam neceſſitatis, vt natura deficiens alioqui ſuſtentetur, refocilletur, & firmetur. Sic & in nobis, eo q; non equaliter validi ſumus in fortitudine naturæ, ſed aliis alii inualidiores ſunt & imbecilliores. iuxta neceſſitatis exigentiam igitur prouidendū omnibus. Gr̃a exempli. hic nouicius eſt, mollius ſuſtẽtandus eſt, donec pertingat ad rigoris ſuſtinentiam. Ille ſublimiter natus, aut de ſumma dignitate ingreſſus, ad tempus aliter fouẽdus eſt quoſq; natura ſolidetur, vt non fractus deficiat, paulatim nãq; durioribus aſſueſcimus. Sic ſuos paulatim aſſuefaciebat Chriſtus: ne deficerent: vtq; eſſet norma ſuſtentandi nouitiorum: quos ẽt contra calūniatores ſapienter ſimul & opportune excuſauit dicens: quia nō poſſent filii nuptiatum ieiunare, donec ſpōſus eſſet cum eis: nec noua vina infunderentur in vtres veteres, nec eſſumentum panni durioris vetuſtate exeſe tunicæ aſſueretur. Sic nec fieri poſſe, vt ſtatim de-

licati nouicii veteranis adequent, Quos consultius paulatim assuefacimus vitæ austeritati, idest ieiuniis & abstinentiis, vigiliis quoq;, & pertinaci chori consistẽtiæ, quæ sunt onera religionis. Id quod cura quoq; matrũ edocet, he enim infantem vteri sui primum molliori lactis sustu fouent. hinc præmansum cibum ori inserunt, postea cætera alimẽta suppeditant caucius. Nemo tamẽ sub hæc putauerit gule studium hic persuaderi. non vtiq;, namq; sicut summa cura in educandis pueris est adhibenda, ne statim a tenera ætate gule indulgere assuescant. Sic ĩ ordinibus sacris fouẽdi, & quasi quodã modo educandi sunt nouitii. Nõ est igitur q; hic personarum suspiceris persuaderi acceptionem: sed necessitatis sublevationem. Id quod mox e scriptura petita authoritate roboratur. cũ dicitur Sic enim legitis in actibus apostolor&. Quia erant illis omnia cõmunia, & distribuebat vnicuiq; sicut cuiq; opus erat. Act. 4 habes, omnes q credebant erant pariter, & habebant omnia communia, possessiones, & substantias vendebant, & diuidebant illa oĩbus prout cuiq; opus erat. Et

in sequ. cap. Vendebant possessiones, & afferebant præcia earum, & ponebant ante pedes apostolorum. Idq3 (opinor) præsertim moti ex verbis domini dicentis. Si vis perfectus esse, vade, & vende oīa, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sæquere me. Mar. 10. & Matth. 19. Item ex eo quoq3 quod dicit. Qui nō renunciauerit omnibus quæ possidet nō potest meus esse discipulis. Lu. 14. Tertiū quod docemur, vt in cōmune cōgregemus, id est, vt proprietarii non simus, non erimus autem si in cōe congregauerimus. Domini vox est. Qui non est mecum contra me est, & qui nō colligit mecum dispergit. Lu. 11 & potest quilibet prælatus contra proprietarios hac domini authoritate vti. vt terreantur, quia male erit eis in fine. In summa. Identidem considerent prælati ne fiant occasio proprietatis subditorum, si minus necessitatibus eorum prouideant, nō ꝙ vel subditi immunes sint, sed occasio peccatis eorū ꝑlati fiunt, ad quos pertinet dispensatio, considerent e regione & subditi, ne cupiant præter victum & amictum aliquid supfluui, hæc

enim sola sunt posita in Regula. Ego vi, ctus & amictus dispensationem metior iuxta facultatem domus, tamẽ vt sua di ligentia prælatus adniti debeat, vt pro, curet, tanq̃ bonus pater charissimorum filiorum, quibus prouidere debet, non quasi inuitus, sed libere, nec tristis, sed hi laris, non turbulentus sed mitis. Non im properans sed exhortans, Semper vt me lior discedat a se subditus agendum est prælato. Iam vero victum & amictum frugaliter debere fieri docent frugalissi, ma patrum exempla nostrorum, qui in Eremo in fame, & nuditate seruiebãt do mino, vt non saginemus ventres, qui corrumpuntur in sua putredine: sed mẽ, tes pabulo verbi, quæ manent in sæcula, earum amictus sint virtutes sanctæ, & mores inculpati.

Rursus qui aliquid habebant in se culo, quando ingressi fuerint mona sterium, libenter velint illud esse commune. Qui autem non habe, bant, non ea quærant immonaste, rio, quæ nec foris habere potue,

runt. Sed tamen eorum infirmi/
tati, quod opus eſt tribuatur, etiã
ſi paupertas eorum quando foris
erant, nec ipſa neceſſaria poterat
inuenire.
Sevt 'meeg azokis, kikvalamit bir
nak vala vilagiba mikoron bee ie/
u endnek a monoſtorba, eremeſth
akariak azt kezenſſegeſſe lẽni. Aki
knek kedig kiiuelſemvolt, ne kereſ
ſeek azookat amonoſtorba kiket
kiuelſem birhattanak, De azert e V
giarloſſagoknak a mi zuvkſeeg le/
end meg adataſſek, meeg ha olii
geniiek voltakuonais nikor Vi
giba laktak, hog, chiiak napi z
ſegeket ſem lelhetteekvolna m

INſtituerat ſermonem de nõ ha
proprium, copioſius implet &
cit, & tanta contentione, & anin
ta prudẽtia ac circumſpectione
abeſſe quæri poſſit, hic autem
Rurſus qui aliquid habebant

quando ingressi fuerint monasterium libenter velint illud esse cõmune, cõfirmatio videtur superioris sententiæ, qua depulit proprium a confirmatis sacre religionis professoribus, Ac si diceret. Tantum abesse debebit proprii possessio a professo fratre, vt ne hi quidem, qui nouiter ingressi sunt, & si improfessi, permitti poterunt aliquid possidendum. Sed ꝙ quæ intulerint velint esse cõmune. Extat specialis Rubrica in cõstitutione, de bonis nouitiorũ asseruãdis. Quæ scilicet asseruentur, & quæ in vsum cõuerti ante emissam professionem possint, huic standum, vt non quærela fiat, alias homines sine lege erimus. Quæro, vtrum religionem intrãs, & bona sua inducens, faciat secundum dñi cõsiliũ, vbi dicit. Si vis perfectus esse. Vade, & vende omnia quæ habes, & da paupibus. Mat. 19. Videtur enim ꝙ non impleat hoc consilium, eo ꝙ non distribuat pauperibus, quæ secum inducit, sed sibi retineat cum aliis, quorum sodalitatem intrauit, Sed si diligenter volumus intueri, nõ obstante, ꝙ de eis in posterũ aliqd cadat in vsum suũ, plene consilium domini intrans religionẽ, implet.

Vadit enim ille, qui a ſua volũtate diſcedit, Vendit, qui nil ſibi derelinq̃t, Vt ſcilicet in primo verbo abnegatio ꝓprie voluntatis ſit, quod maius eſt q̃ rerum ab ſeſe alienatio, eo ꝙ nihil carius habeat homo, nihilq; tenacius ſit illi q̃ ſua volũtas: vt magis poſſibile ſit omnia quantũuis magna & multa relinquere homini q̃ ipſam voluntatẽ, cui tenaciſſime q̃ſq; adhæret, hoc ergo eſt quod primum, & præcipue amiſiſſe debuimus, vt cætero non noſtra, ſed aliena voluntas vigeat in nobis ſumpta pro noſtra, & tanq̃ noſtra habita. Sic truncus inſitum ramuſculũ ſuam fouet arborem infructus tum multiplices, tum ſuaues, & qui ſæpe cum voluptate mandunt, q ſi ſuum ramum abiicit, ſuſcipit alienũ. Porro in ſecundo verbo. videlicet. Vende, alienatio temporalium rerũ indicatur, id quod abunde implemus dum voluntarie pauperibus. i. fratribus, res noſtras cõmunes facimus. Num tibi, oro, pauper videtur profeſſor ordinis frater? Aut vter magis hoc nomine tibi inſigniẽdus? Quem fecit neceſſitas, aut quem voluntas? Equidem quẽ fecit voluntas, qui cauſa dei omnia reli-

quit,& ſeipſum deo obtulit, qui nihil in mundo vult habere proprium,quantum vel paſſu metiaris. Sunt multi pauperes neceſſitate magis q̃ volũtate, niſi cui ne ceſſitas ipſa cæterum verſa ſit in volun tatem,eiuſmodi ſunt omnes quos caſus defregit,aut abſtulit nunquam redditam rem,forte quidam inſigni latrocinio trũ catus,aut aliter,qui veſtibula ſacrarum incubant ediũ,aut excuſſo vi lumine pal pitant,Quorum multis paupertas ipſa odioſa fit & grauis,grata autem volun tariis,qui hiſoli placent deo. Ideo pſal miſta,voluntarie ſacrificabo tibi, & po pulus voluntarius,dicuntur omnes,qui in hoc albo numeroq; fuerint. Sed quid ſibi vult,quod ſequitur.'Qui autem nõ habebant,nõ ea quærant in monaſterio, quæ nec foris habere potuerunt? An ita intelligendum,veſtem non habebant,nõ igitur danda eis?Panem nõ habebant, ne gandus illi cibus?Nõ vtiq;. Sed hoc præ cipitur,vt non ſuperfluua habere velint. atq; vt contenti ſint his,quæ eis largiun tur,quia nec foris ea, ſuperfluua,vnq̃,ha bere potuerunt,qui & neceſſaria parum inueniebant,quanto minus hic quærere

Csiki Székely Múzeum
csikszereda

debent ſuperflua, qui nec ipſa neceſſaria habere potuerunt. Ideo ſequitur. Sed tñ eorum infirmitati, quod opus eſt, tribuatur, etiam ſi paupertas eorum, quãdo foris erant, nec ipſa neceſſaria poterat inuenire. neq; enim ſecularis fortũa hic in religione eſt adeo attenda: tantum vt pro modo ordinis cuiq; prouideatur, fuerit ſplendidus obſcurus ve. i. diues an pauper. Alioqui vitio acceptionis perſonarũ minime carebitur. In ſumma, præcipit regula: vt qui ex paupertate aduẽniunt ſuperflua nõ quærant: ſed collatis ſint contenti: docentur & prælati, vt neceſſaria adminiſtrent ſubditis, ita vt duplex ſit verbi ſenſus: alter ad ſubditos deflectens: alter ad prælatos. Nota. Quidã venientes de paupertate quærunt in religione abundantiam. Contra quos D. Hieroni. ad Heliodorum. Ditiores ſunt inquit, monachi, q̃ fuerunt ſeculares. Immo non ſolum quærunt abundantiam, ſed & delicata. Idem. Natus, inqt, in paupere domo, in tugurio ruſticano, qui vix milio & paneventrem rugientem cibare poteram, nunc ſimila nũc mella faſtidio. Sed noſtro malo irrepſit & aliud quoq;

vt hic clari esse velint obscuri antea, ho-
nores quæritent, ignobiles, concilicent
noticias apud summos, contrahant ami
fota citias. Sic ne itur ad astra? Audiant il
Bern. Plerique in domo domini non patiũ
tur contemni, qui in sua, nõ nisi contem
ptibiles esse potuerunt, Magna abusio,
vt in loco paupertatis, vbi diuites incur
runt penuriam, pauperes quærant abun
dantiam: in loco afflictionis, vbi delica-
ti mortificantur, homines rusticani quæ
rant delicias: in loco, vbi viri honorati
eligunt abiici, ibi abiecti quærant hono
rari. Sed maior abusio vt hi cum prius
in sæculo de labore viuerent, ibi volunt
ociosam ducere vitam. A duersus quos
fremit illa vox apostolica. Qui non la-
borat nec manducet. Est hic cõmunis fe-
re morbus in religionibus vt humilis al
tior quærat videri, contra quod omnis
acies sermonis dirigitur, Sequitur.

Tamen non ideo putent se esse feli
ces, quia inuenerunt victum & te-
gumentũ, quale foris inuenire non
potuerunt, nec erigant ceruicem,
quia sociantur eis ad quos foris ac

cedere non audebant, Sed ſurſum cor habeant, & terrena vana non quærant, ne incipiant monaſteria diuitibus eſſe vtilia, non pauperibus, ſi diuites illic humiliantur, & pauperes illic inflantur.

De maga azert ne alechak bodognak lenni ebbel magokat, miiert hog talaltanak eledelt, ees fedezet: meliet kiivel nẽ lelhettenek vona, felſe emeliek niiakokat miiert azokhoz tarſolkottatnak, kikhez kiuel voltokba nẽ mernek vala ia rulnies, de fel emelue legẽ eV ziuek iſtenhez: es feldi hetſagokat ne keressenek, hog ne kezdeſſenek monoſtorok agazdagoknak haznalatoſſak lenni, nẽ azegeneknek, ha a gazdagok ot magokat meg alazzak: es a zegenek fel fualkodnak.

FElicitas hic ex loci circunſtantia in malam partem accipitur, pro ſuper

bia. Cū enim duplex sit hæc: altera mundana, cœlestis altera. Qui mundana fœlicitate sunt pleni, vt puta, diuitiis, honoribus, & id genus aliis mundi suppellectilibus, vt plurimum turgidi sunt & inflati: & qui præ se cæteros nauci faciant se amantes, alios contēnentes: Quos vero paupertas ac rerum egestas cōpresserit, spiritum videas in illis humilem deiectumq; & qui supplex sit aliorumq; imploret auxilium. Id vero subinde cadere solet, vt ex his qui statuuntur ad fortunatiorem statum, tanto vehementius efferantur, prioris sortis, statusq; ac cōditionis obliti. Id quod in ordinibus sacris vsu venire solet: Vbi duplicem habebūt intumescendi causam. Alteram, quia inuenerunt victum ac tegumētum: qualia foris. i. dū in sæculo agerent inuenire nō poterant: Alteram quia associantur magnis: ad quos foris ne qdē accedere audebant, iam facti pares: Cauet ergo ne vtra uis ex causa hic superbiatur vbi est humilitatis professio, immo vbi simplici animo est simplex Christus imitādus: Ideo enim mundum reliquimus: ne mundus suos nos agnoscat: agnoscet autem vbi

vitia

vitia eius ceperimus emulari. horum & primum, & isigne est superbia. deo & hominibus odiosa. In quod Pauli illud assumitur. Si consurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera sedens. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Coloss. 3. Vos estis fratres, ad quos fit sermo e Paulo. q depulsa morte vitiorum in vitam virtutum consurrexistis. Igitur cõsentaneum ẽ. vt quæ sursum sunt quærite, & nõ quæ super terram. Quod vero addit. Nec erigant ceruicem ad eandem sententiam refert: hoc enim more superbia in scriptura solet designari, ostendit illud Iob. 5. Cõtra omnipotentem roboratus est: cucurrit aduersus eũ erecto collo Et in Hieremia conquæritur dominus, indurauerunt inquiens, ceruicem suam: & non exaudierunt sermonem meum. Iere. 19. Hoc exprobabat & Stephanus primus martyr. Iudeis duris ac superbis. inquiens. Dura ceruice, est incircuncisis cordibus. Act. 7. Obserua, prima Dei omnipotentis indignatio fuit contra hoc vitium. cum superbientes angelos deturbauit de celo. & omnes qui id cauerũt exaltati sunt. Qui

vero ſecuti periere vna. optimum ē ſeq dei voluntatem in humilitate. Quia excelſus Dominus & humilia reſpicit. p̄s. 137. Sequitur, ne incipiant monaſteria diuitibus eſſe vtilia, non pauperibus, ſi diuites humiliant, & paupes iſtic inflant, preclare oſtendens ſolis humilibus vtile eſſe monaſterium. Quid ſi ſuperbis angelis nō fuit vtile celū, quo nā pacto talibus erit vtile monaſterium? Nunquid monaſteriū celo dignius, magisq; virtuoſum? Huc mihi animaduerte. Quantūcunq; ſanctus ſit locus, ſanctus ſit habitus, ſancta opera, omnia vna opera tollet ſuperbia, vt ceterum inutilia ſint & illaudata, Humilibus cōtra oīa vtilia, meritoriaq; ii ſunt, qui ex corde diligunt Deum, Paulus teſtis eſt. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum Ro. 8. Scriptum eſt. Superbis Deus reſiſtit: humilibus dat gratiam, & fontes in conuallibus fluuut, iuxta illud. Qui emittis fontes in cōuallibus, inter medium montium pertranſibunt aquæ: ſcilicet gratiarum.

Rurſus etiam illi, qui aliquid eſſe videbantur, in ſeculo non habeant

faſtidio fratres ſuos, qui ad illã ſanctam ſocietatem ex paupertate venerunt, magis autem ſtudeant non de parentum diuitum dignitate, ſed de pauperum fratrum ſocietate gloriari.

Vizont azokes kik vala minek latatnak vala vilagiba lẽni, meg ne vtaliak evu atiokfiaiit, kik e zent tarſaſagba zegẽſegbeol iettenek, deinkab ichelkegienek nẽ gazdagzileknek meltoſagabol, de zegenatiafiaknak tarſaſagabol dichekedni.

QVemadmodum preceptũ dedit, his, qui ex tenuiore fortuna huc accedunt, cõtra faſtum & ſuperbiam, ne videlicet vlla ex occaſione inſoleſcãt, ſic modo, eis, qui feliciore ſorte relicta in ſanctam paupertatis congregationem ſeſe amore dei, ſalutisq; ingeſſere, aduerſus idipſum malum dare legem intẽdit, qua ſe præmuniant, ne incauti labantur, dicens. Kurſus etiam illi, qui aliqd eſſe

videbant in fæculo. &c. Simili modo locutionis vtitur Paulus, scribens Galatis cap. 2. Contuli, inquiens, cum illis, qui videbantur aliquid esse, de summis illis apostolis, Petro, & Iacobo, aliisq; quibusdã, qui primitias spiritus acceperant, intelligens. Aliquid. i. præcipui in estimatione. Similiter & hic, aliquid', intellige de præcipuo, itaq; aliqd, id est præcipui, & quorum nominis dignitas veneranda fuit, ii spiritu dei afflati, attractiq; virtute eius, dum in sanctam hanc congregationem aduenient, ne fastidiant fratres suos, eos, qui ex obscuro sordidoq; paupertatis loco aduenĩũt, Solent enim quẽadmodum illos, ita & hos noxie cogitationes instigare, de his rebus, quæ eis maxime competunt, admetientes se aliis, dumq; superiores se intelligunt, contemnunt eos, quibus se non æquant, metientes se non quales modo sunt, sed quales fuerunt antea, qualesq; alii, Sed non sic itur ad astra. Tu tibi reuocas in mentem qualis eras antea. At ego tibi te proponо, qualem te effecisti propter amorẽ illius, qui cum diues esset, pro te pauper fieri voluit, vt tu paupertatis eius dite-

sceres, q multa pro te tulit, sudauit & al
sit, contemptibilem se fecit, omnibusq;
abiectiorem, vt vix hoīum in numero re
censeretur, diceretq; ille ipse. Ego sum
vermis, & non homo, opprobrium ho
minum, & abiectio plebis. Psal. 21. Ita. n.
vero paciens vt vermis, nihilq; reluctās
in morte, & qui facile cōteri posset. Ver
mis apprehensus extremis digitis facile
ad petram atteritur, sic & Christus attri
tus propter scelera nostra vt Esaias vates
insignis habet. Non se æstimabat a gene
re Christus, dum passus pro nobis, dūm
mortem pertulit & crucem, qui se & pec
catorem non uerebat confiteri, dicens.
Deus Deus meus respice īme, quare me
dereliquisti? longe a salute mea verba de
lictorum meorum. Qui habet sapientiā
intelligat, eundem testatur Paulus in si
militudinem carnis peccati apparuisse,
& peccatum pro nobis factū. Quid itaq;
intumescis? Quid superbis vermis & pul
uis? Nunquid tu maior es Christo dei fi
lio? Vel si amor eius huc te traxit, cum
fortunis cogitationes has vanas liquisse
debueras, Gaudet vere humilis vilipen
di magis q̄ prædicari. Authore Bernar.

do, Vade, & tu fac similiter, tãtum absit, vt tui æstimatione contemperis paupe-rem fratrem tuũ, Iacobus dicit. Nonne pauperes elegit Deus diuites in fide, qui bus inclinat ceruicem orbis. Quâ itaq; consentaneum fuerit præcepto sacre regule obtemperare dicentis. Magis autẽ studeant non diuitum parentum dignitate gloriari, sed de pauperum fratrum societate, Quare? Nam quemadmodum illud superbiam ingenerat, ita hoc humilitatem, cape in parentum dignitate, & fortunæ superioris omnem gloriã, quæ iusta contemnenda sunt omnia pro gloria nominis Christi, & salutis amore, ita enim rectius viam salutis percurrimus, dum a dexteris, & a sinistris quæcunq; occurrunt vitamus.

Næc extollant, si communi vitæ aliquid de suis facultatibus contulerint, nec de suis diuitis magis superbiant, quia eas monasterio partuitur, q̃ si eis in sæculo fruerẽtur. Felse emelkegiienek hra keuz eletre valamit eu iozagogbol adnak, In-

kab ſe keuelkedienek eukazdagſá/ gogbol miiert azokat monoſtor/ nak rezeltetik, mint ha vilagiba ve leuk elnenek.

PErſiſtit in continuitate ſermonis vti liter aduerſus peſtem hanc, ſuper/ biam ſcilicet omnia corrumpentem, va/ ſtātem, omnia, Extollentia, idē eſt quod erectio ceruicis, ſolet enim ſcriptura his metonimiis vti ornatus cauſa, vtq; pprie tatem rei proximius indicet, eſt autem in vtriſq; altitudo quædam, qua ſuperbi nituntur aliis excedere, quatinus appa/ reant aliis quaſi in immenſum euecti vir tutibus, Dicit ergo. Nec extollantur, hoc eſt, non ex hinc ſuperbiant, ſibi intra ſe p uerſe applaudētes, nec ſupra alios ſe hinc exiſtiment, quaſi laude digniores, ſi de ſuis facultatibus. i. bonis tēporariis (Id enim aliquando ſignificat facultas, alias pro poſſibilitate ponitur.) aliquid com/ muni vitæ, ideſt in communem vitam largiti ſint. Nota, Hic docemur, vt noui tius ingrediens debet bona ſua ſecū ipor tare, magis q̄ foris diſſipare, his atq; aliis Subleuanda eſt enim communis vita in

quam venimus, a quo, vel a quibus fieri poterit, nec consilium dandum, vt foris facultates suas relinquat, nisi velit singulariter egestatem parētum, aut proximorum qui sibi iuncti sunt sanguine in parte adiuuare. Est enim placitū deo reipublice promotio, etiam tēporariis hisce bonis, vt habeant fratres vnde vitam in dies sustentent, vel saltem ad certum tēpus, tñ non ex hinc superbia cordi inducenda, quasi optime, hoc facto de ordine fratribusq; meritus quispiam sit. Nā præstaret. i. melius eēt, i sæculo diuitias possidere, q̄ in monasterio distribuere, & ex inde gloriari. Quisq; enim in eo, quod bene agit tumescit, eo ipso tramite, quo proficit cadit, Bona quippe actio cū elatione non leuat, sed grauat. Est ergo præceptionis sensus. Q d̄ si nouitii partiant sua monasterio nihil inde eleuentur: nec magis noxie superbiant, q̄ si possiderent in sæculo, fieri autem potuit vt possidēdo vix in tātū superbierit quis quātū parciēdo, In summa, religioni dediti solent interdum plus tentari elatione, q̄ publico commodo attulerint aliquid q̄ si foris possiderent.

Alia quippe quæcunq; iniquitas in malis operibus exercetur, vt fiant, Superbia vero etiã bonis operibus insidiatur, vt pereant, & qd prodest dispergendo dare pauperibus, & pauperem fieri, cum anima misera superbior efficitur diuitias contemnendo q̃ fuerat possidendo,

Mert bizonaual egeb akar minemeu gonosſag' gonoz miuelkedetekbe forgodik hog meg legenek: A keueſſeeg kedig meeg a io dolgogbais leſſelkedik hog eluezzenek. Smit haznal iozagot el ozto gatuan adni zegenoknek, ees zegene lenni, ha a naualias lelek keuelbe lezen gazdagſagiit el haguam mint birasſaual vala.

REdditio rationis superioris sententiæ siue propositionis est, simul intexens virulentiam, laramq; maliciam superbie, pestis capitalissimi, hoc sensu.

Cum enim alia vitia nunq̃ niſi in malis; infamibusq; diuerſentur actionibus, nec vllum ſuas metas tranſgrediatur, ſola ſuperbia longe lateq; euagando, ēt bonarū actionum campos ingreditur, ſubruit, vaſtatq;, vt fructus pereant qui alioquī ſeruarentur in vitam, niſi peſte hac corrumperentur, O quotiens bene agentem ſubit te cogitatio, velut melius iter oēs mortales id ageres. Q & etſi apud ethnicos gloriæ ſit, procurare nominis fameq; authoritatem idq; i primis agere, ſed nō apud Chriſtianos, hominis minime iacētis ingenii apud illos eſt id agere: apud nos nemo peius in placitis Chriſti hoc agit, vbi ſui contemptus prædicatur, fit ergo vt qđ apud nos in vitio eſt, ſit apud illos in gloria, & quod apud illos vitiū putat, vt eſt neglectus ſui, apud nos laudis ſit, & meriti, Sed faceſſant mores ethnici, morte ſua hinc eduxit nos Chriſtus, quem ſolum ducem ac præceptorē conſtituit nobis ex cœlis Deus, qui abūde tradidit quicquid ad veram ideam, i. formam pertineat Chriſtianiſſimi noſtri qui primum ſeſe humiliter geſſit in oībus. Solosq; humiles capeſſere regnum

cœlorũ prædicauit, deiectis tumidis exal tauit humiles, & quod primo quoq; tem pore idipsum vitium, gloriæ videlicet appetitionem vitemus, summo studio, summaq; cõtentione iussit, quod modo, illius opera, quem morte defregit & cru ce, diaboli dico identidem subit nos, dũ recte quid egerimus, Vt enim gratia exẽ plii inducamus aliqua, Oras deuote surrĩ pit tibi cogitatio neminem te sanctius id agere, præstas consilio? iam crista tibi erigitur veluti honore ab omnibus di gnus sis, præluces castitate? fastidis non æque tibi cadentes: patienti corpore me diam toleras? execraris manducantem, largiris egenti? pietatis titulo, statim insi gniri ambis: pdes multis? pertentat mẽ tem tui æstimatio. Canis sonanter? glo riã venaris. Atq; vt aliis dimissis in præ senti causa sermonem versemus, dimisi sti multa, domum, pecuniam, rem familiarem? ludicas ex æquo hinc tibi deberi cœlum: Aut, intulisti copiam rerum tua rum tecum? vexat te cogitatio animi, ve luti auxeris Monasticum victum, remq; publicam iuueris fratrũ. Duras vigiliis, & oratione per multa? accusas corporis

corpore grauescentes: & ne omnem pſe
actionis cathalogum percenſeam. Vides
equidem q̃ nihil rutum ſit ab hac inſana
beſtia. Quo enim non ſe inſinuet anim
putatio? & ea ipſa, quæ ob ſui altitudinẽ
ſuperbie nomen iampridem antiquorũ
donatione promerui? Quod vitium cũ
ſit oium nocentiſſimum, & quo non ſit
aliud, quod plura citiusq; enecet, aut æq̃
perdat, cõſultiſſime vitatum eſt ab omni
bus his qui vni deo ab initio magis pla
cere ſtuduere. Hic Diuus ille pſaltes præ
cabatur. Non veniat, inquit, mihi pes ſu
perbiæ hoc eſt, ipſa voluntas placẽdi mi
hi, qua ſuper alios me exiſtimem aut in
tumeſcam intus, agamq; contra te, negle
ctis præceptis illis tuis, quæ per ſe ſan
ctiſſima ſunt, & obſeruanda. Legimus &
Tobiam ſenẽ q̃ ſanctiſſime filiũ erudien
tem. Superbiã in tuo ſenſu nunq̃ domi
nari permittas. Tob. 4. Scriptũ eſt enim,
Odibilis coram deo & hominibus ſuper
bia, quam qui tenuerit maledictis imple
bitur, & ſubuertet eum in finem Eccl. 10
Enimuero propter hanc exhonorauit do
minus conuentus malorum, & deſtruxit
eos vſq; in finem, vt præclare. ibidem le

gis. Vt ſapiẽtiſſime dictum ſit alia vitia, quæ ſunt, furtum, paricidiũ, raptus, ſcortatio, & id genus alia, in malis perpetrari, ſolam ſuperbiã, & in honeſtis rebus, & quæ ꝑſe laudanda ſint verſari, vt vna opera tollat omnia, nec in gloriam corã deo ſinat enaſci, Ad quod ſequitur. Et qd prodeſt diſpergendo dare pauperibus, & pauperem fieri, cum anima miſera ſuperbior efficitur diuitias contẽnendo q̃ fuerat poſſidendo? equidem nec tantillum proderit homini elata pauptas, ſi multo commẽdabilior ſit peccator humilis etiam mediis in diuitiis, q̃ elatus in tenuitate religioſus. Id tibi perſuadeas velim, nulla bona profutura eſſe cũ ſuꝑbia. In primis igit̃ diſcenda ẽ ab oĩbus humilitas, q̃ nihil magnum deſe exiſtimat, virtute qua ſola coronam ac laudem prõmereri cæteꝛa conſtat, hac via graſſatus Chriſtus primum, hac deniq; ſummi illi principes orbis apoſtoli, & quicunq; ab initio deo placuerunt, vt dedecus fuerit cuipiam noſtrum deflectere ab illa.

Omnes ergo vnanimiter, & cõcor diter viuite: & honorate in vobis

deum inuicem, cuius templa facti estis.

Myndnyaian azert egakarattal, es egenessegel elietek: es tiztelietek egimasba azistent, kinek templomi lettetek.

GEneralis cõclusio est præmissarum præceptionum. enimuero tradita sunt hactenus pulcherrima ac iuxta salutaria præcepta de communi vita, & concordia, quam fundauit charitas, quæ prima esse debet in communi vita: vt scilicet concorditer viuatur, alioqui nec cõuentus congregatio dissentiens appellabitur, magis autem conciliabulũ discordie, tantum aberit, vt templum spiritus dei quispiam sit ex eis: qui vult vnanimitatem, cum sit nexus in trinitate etiam illa super benedicta. Vnanimiter viuũt, qui concorditer viuunt, concorditer viuunt, q in seipsis in vicẽ honorãt deũ, cuius tẽpla facti sunt vnanimiter & cõcorditer viuẽtes, alias nec tẽpla erunt, quos obsidet demon, qui in eis parat diuisionem, Author enim discordie is est. Ilã vero quicunq; vnanimes sunt, & cõcordes,

& dei templa, hi non detrahunt alter alteri: non mordent: non deuorant: Sed cõpatiuntur infirmitatibus aliorum: & sua mala deputant aliena: quãq; nihil sit alienum in vere religiosis sed cõmunia oĩat Quicunq; eiusmodi sunt vere pietatis cultores sunt, & honore digni. Dicatur orgo, omnes vnanimiter, & concorditer viuite: & honorate Deũ inuicem: cuius templa facti estis: Ac si dicat: Quia Deus æque vos sacrauit sibi, suæ q; mansioni, in tẽpla: nihil ẽ q; alter alteri præferatur: sed omnes vno modo sitis, quatinus vnanimitas, & concordia maneat in vobis honore inuicẽ præueniẽtibus: sicut verè estis honorandi, quia estis tẽplũ Dei: & Deus est in causa, cur honorare vos inuicem debeatis, qui insidet vos: & habita in vobis. vt in omnibus vobis honorificetur Deus.

Orationibus instate horis & temporibus constitutis.

Imadsagba zorgalmassak legetek: meg zerzet horakba, es idekbe.

PRæceptionibus his quæ habite sunt doctiſumus vtiliter primum ad cõ-

munem charitatem Dei proximiq;,deīn de ad vnanimitatem,& concordiam pro deūtes ex communi charitate,velut palmites e vitæ,vbi cauit eueſtigio id quod impediret & communem charitatem,& vnanimitatem ac cōcordiam,quod erat proprium.Hinc ſalubriter monuit nouitios homines.i,eos q nouiter religionē hanc ſacram ingrediuntur,ſiue ex paupere fortuna,ſiue felici ingrediantur,ſiue obſcuro,ſiue p̄claro loco nati,quatinus pro virili ſuperbiam vitent,illi,quia inuenerunt victum & tegumētum,& quia ſociantur eis,ad quos foris ſeſe iungere proxime minime audebant:hi vero ſtematis memoriam vt repellant,nec faſtidiant pauperes fratres,cogitantes,quia pauperes elegit Deus regni ſui hæredes,diuites ī fide,ait Iac.ī ſua canonica ca.2. Idem & Paulus teſtatur.1.Cor.1.Nunc autem poſt illa omnia generaliter hortatur ad orationem,vt,ſcilicet fructum noſtræ religioſitatis vberē procreemus,quæ eſt oratio.Neq; enim religioſis hominibus ſuffecerit vnanimiter viuere,licet ſit ſummæ neceſſarium,& adeo quidem neceſſarium,vt primo loco id potiſ

ſimum

simum,& primo quoq; tempore a nobis requratur,inest enim cõmunis professeq; charitatis huius videlicet radicis fructus vnanimitas.idem est,& concordia:tamẽ super hæc fructus alii quoq; producendi sunt a nobis,quæ sunt opera quæcunque de genere bonorũ, sint·hoc est qđ dominus dicit.Ego elegi vos, & posui vos, vt eatis,& fructuũ afferatis:& fructus vester maneat.Ioan.15.quod taliter est accipiẽdum,ac si diceretur nobis,vt in statu professionis nostre fructus commodos feramus, fructus vero noster erit præcandi assiduitas.i.& hoc quoq; in numero fructus computatur, equidẽ nemo plantat arborem fructiferam,cuius non velit carpere fructus,ita & Deus elegit nos, & posuit,vt fructum procreemus,talem qualis æternum permaneat.Nota, hoc loco proprie vsus est hoc verbo, posuit, quod perinde est ac si diceretur, plantauit,aut in ordine pomiferarum arborũ locauit: Manebit autẽ fructus orationis nostræ, cum per eam promereri nos certum sit, quicquid Deus daturus est nobis: dicente Domino, petite,& accipietis:Nostra autem deuota oratio quantum deo pla-

ceat ostēditur in Apocalypsi. vbi dicitur quia Ioannes vidit fumum ascendere in censorū de orationibus sanctorū Apoc. 8. vt recte præceptum sit. orationibus instate, Quid est instare orationibus, nisi frequentes esse in oratione, & non deficere? Sicut & Dominus dicit Lucæ. 18. Quoniam oportet semper orare, & Paulus. 1. Thess. 5. præcipit sine intermissione orare. Est autē locus sumptus ex epistola ad Coloss 4. vbi sic legis. orationi instate vigilantes in ea. Idē sanctus apostolus hortat philippen. Per oēm, inqens orōnē, & obsecrationē orantes oī tpe in spiritu, & in ipso vigilantes in oi īstantia. ca. 6. Hortat & alibi ad vigilātiā ꝙ sæpe & orationē, ꝙ his magnæ tētationes pellant a nobis: ꝙbus solis tuti sumus. Eq dē ꝙtovtilior, tāto crebrior debet eē oro Nā quo crebrius oratione pulsatur deus, tāto facilius inclinatur: Adiecit autem, horis, & temporibus constitutis: Quandoquidem nō semper hisdem vacare possimus, vtpote minus idoneis tēporibus: proinde illud dominicum verbum: oportet semper orare, referendum ad certa tēpora: licet semper orare dicatur, qui be-

ne viuat: & vanis noxiisq; nõ impleat animum cogitationibus, vt consultissime subiunctum sit: & non deficere. Vel sic intelligendum: ne ita desistamus ab oratione: vt nolimus amplius orare. id qd & Apostoli vox innuit qua dicatur. Sine intermissione orate: Ille enim intermittit, qui nõ vult vltra orare quasi præcem contemnens & ipsum Deum: hi sunt desperati maleq; de deo contenti.

In oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod factum est, vnde & nomen accepit, vt si forte aliqui etiã præter horas constitutas, si eis vacat, orare voluerint, non eis sint impedimento, qui ibi aliquid agendum putauerint.

Az imadsagnak helen senki valamit ne miuelien hanen chab azt a mire zereztetuen vagiõ: honnan is neuezetet veth: hog ha netalan nekik meeg zerzet horak kiuelis ha irressegek leend imadkozni akarandnak, nelegenek nekik bãtassra

azok, kik oth egebet valamit mi/ uelkedni akarnanak.

CVm plus sit nobis orandum spiri/tu, ac mentis intentione in Deum q̃ labiorum quandoq; motu, ideo in oro ne vt mens quiescere possit a curis alie/nis, iubet sacra regula, ne quispiam stre/pitu suo orãtem turbet, quo expeditius spiritus orantis in causa sua agere valeat ante Deum. ante quem eleuatus versat, & consistit. Nam & oratio ipsa ita defini tur: vt sit eleuatio mentis in Deum, Q ã si verum est, ergo plus spiritu orandum. Id quod & ipsa veritas ostendit dicens. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eũ, i spiritu & veritate oportet adorare. Ioã. 4. Nisi enim intentionem requireret ne quaq̃ ita dixisset. Nanq; in veritate ado/rare est intentius adorare, quod fieri nõ potest: nisi in primis recollectus sit orãs & cogitatione intendat, quid orat, Alias si dissentiat mens ipsa a lingua, non in ve ritate adoratur, Veritas enim est adequa tio rei ad intellectum, res ipsa oratio est quæ adequatur ad intellectum, quando cogitatio ipsa intendit quod lingua loq

tur. vt recte admoneamur nō aliud agēr debere in oratorio, q̄ orationibus vacare, ne eiusmodi intentio turbetur orantis in ipsa meditatione. Nam oratoriū, idest ipsa ecclesia seu templum ad orandum cōsecratum est, & institutum ad inuocandum Dei sanctum nomen. Vnde etiam appellationem sumpsit. Ideo Dominus in Esaia dicit. Domus mea domus orationis vocabitur. ca. 56. idē verbum scriptum est. Matth. 21. citatum a Domino, & Luce. 19. Vbi nota, q̄ tria orationi competunt. Instantia videlicet. Intentio, & deuotio. Instantia in sollicitudine. Intentio in cogitatione, deuotio in affectione. Quibus rebus instructum esse quenq̄ conuenit, primum vt sollicitus sit in oratione, secūdo vt impensius intendat cogitatione, mentēq̄ compleatur id quod orat, deniq̄ vt q̄ deuotissime idipsum p̄ficiat. Nota licet omnibus sit orandum, cum ad omnes pertineat illa domini vox, Vigilate, & orate, maxime tamen ad religiosos: qui in spirituali stadio decertant: multo atrociores nacti hostes: cum quibus quāto difficilior res est nobis, tanto magis & frequentius

ad diuina recurrendum præſidia, Solus ille a nobis requirẽdus, qui ſolus nouit eripere nos de malorum lerna: & tentationum frequentia.

Pſalmis, & hymnis cũ oratis Deũ, hoc verſetur in corde, quod profertur in ore, Et nolite cantare, niſi quod legitis eſſe cantandum. Q d autem non ita ſcriptum eſt, Vt cantetur, non cantetur.

Pſalmoſokal es imnoſokal, auag olualſokal es enekleſtekel mikor imadſiatok az iſtent, a forogion ty ziuetekbe a mi mondatik zatokal. Es ne akariatok enekleni ſemit egebet ha nem chak azt amit oluaſtok teruentekbe eneklendenek lenni, Ami kedeg niinch iruan hog meg eneklette Tek ne enekletteſſek.

MAteria orationis exprimitur cum dicitur, Pſalmis & hymnis. Nam & beatus Dauid his oraẽ nouerat doctus a ſpiritu ſancto, quem plenius arcanis my

ſteriis acceperat ideo aiebat. Confitebor tibi in vaſis pſalmi, veritatem tuã Deus Pſallã tibi. Pſal. 70. Item Pſal. 99. Introite portas eius in confeſſione atria eius, In Imnis cõfitemini illi. Et Pſal. 136. Imnum cantate nobis. Rurſum Pſal. 148. Imnus omnibus ſanctis eius. Dicatur ergo, Pſalmis, & Imnis cum oratis deum, hoc verſetur in corde, quod profertur in ore. Propoſitio eſt, duplex ſenſu, compoſitione ſimplex. Eſt enim vna ſimplex in verbis propoſitio, ſed ſenſu duplex præceptum tenet, prima pars ſenſus eſt, vt orare debeamus deum pſalmis & Imnis, id eſt hore canonice in his perſoluende ſunt, iuxta inſtitutionem eccleſiæ ſanctæ & non poteſt alia lectione ſcripturæ etſi facre ſuppleri niſi vt iuxta ordinationẽ pſalmi & hymni decantentur: nec audiẽdi ſunt nonnulli cerebroſi, ventoſi, & inſolentes, rebelles in omnibus mandatis ſeniorum: qui contrarium docent: vt in primis præceptum hoc regule de horis canonicis perſoluendis intelligatur, quibus occupamur dies & noctes, Altera pars propoſitionis in ſenſu eius, ꝙ hoc verſetur in corde, quod ꝓfertur in ore,

fidelis nãq; & prudentis, id est oratoris, vt cum intelligentia enunciet verba, debet ergo quisq; ad ea attẽdere, quæ dicit, Quia nimirum oratio sine attentione p̃ inde est atq; lampas sine oleo, fumigare potest, non lucere, Fateor, in continenti prolixaq; maxime oratione id fieri posse minime, vt semper eo intendat mens nostra: quod ore proferimus, cum & in breuiuscula oratione subinde rapiamur in alia: In qua re equidem nisi virtus prime intentionis operetur facile iacturam patietur oratio nostra, præparandus igitur animus ad orationẽ. Nãq; euagatio, inquit Basilius mentis in oratione peccatum est quoties ex proposito fiat, vel ex negligentia, proinde viri doctissimi, considerantes humanæ mentis facilem huc illucq; dilapsum, in hanc ipsam sentẽtiam velut pedibus omnes eunt, cum videlicet quis orare volens prout potest se cõponit, vt collectus accedat ad orationẽ, intentisq; animis aggrediatur, tũc in orationis procursu si mens ipsa aliquanto euagatur, non putatur in culpa, etiam si oratio sui perfectione illa absolutissima priuetur, neque ob id ferret iudicium

a deo, cum nō voluntas aut intentio sint in causa, sed infirmitas, quæ est in carne, aggrauans animam, proinde locus: vbi dicitur, hoc versetur in corde, quod profertur in ore, intelligendus videtur, vt quisq; pro virili enitatur & contendat in hoc ipsum, quatinus sic oret, Intētio igitur prima videtur sub præcepto cadere, & ipse conatus, Nāq; & Eccle. 18. scriptū legimus. Animam præparandam fore ad orationē alioqui vix commendabilis futura est, Quandoquidem virtute primæ intentionis tota oratio bona existimabitur, etiam si contingat euagari mentem vt diximus. Quod vero de cantu præcipitur facile est existimare. Id enim in eā sententiam exponitur. Vt quisq; teneat modum sui ordinis, Neq; enim æquum est, vt cātus ecclesiasticus fiat iuxta arbitrium diuersorum, quemadmodum solet fieri in cantillationibus vulgi. Psalmi etiam cum pronunciantur aut lectiones pro modo ordinis melius fient. Id tñ in primis aduertendum: vt puncta obseruentur iuxta legē constitutionis nostræ, nec nimis celeres & quasi rapidi simus: nec nimis tardi, velut inexi, & q vniculis

ab inceſſu regulato impediuntur. Oratorũ mos eſt verba medio mõ tractare: vt nec tardi ſint nec præcipites.

Carnem veſtram domate ieiuniis, abſtinentia eſce & potus, quãtum valetudo permittit.
Tii teſteteket enyheychetek beiite kel, etelnek es italnak zenuedeſſe/ uel, menete tehetſegtek engedi.

PRæceptum hoc tria complectitur. Primo quomodo ſit caro. Secundo in ieiunio domanda ſit, Tertio modum docet. Pro cuius intelligentia ſciendum eſt, quandoquidem vitia in homine vt plurimũ a carne cooriuntur, & hoc ex vi uacitate fomitis, q eſt in carne relictus, qui ſit cum carne vires accipit, vt ſi paulo liberius paſta ſit ipſa caro ſartago fomitis eo amplius incenditur, vt magna admodum ratio ſit, nobis pugnandi aduerſus carnem ipſam, vt ea repreſſa reprimatur & fomes, ne vires ab alterutro in vitia aſſumant: nam & Paulus illevas electionis caſtigabat carnem ſuã, ne aliquo modo ab illa electione excideret, ideoq;

aiebat, Castigo corpus meum: & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. 1. Cor. 9. Quare? Video enim, inquit, aliam legē in membris meis repugnantem legi mētis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in mēbris meis. Ro. 7. hoc q̄ verissimum sit, equidem vnusquisq; nostrum sentit certissimo experimento in seipso, cui rei ipse idem primum tulit testimonium. Caro, inquiens, concupiscit aduersus spiritū: & spiritus aduersus carnem. Gal. 5. & certum est interire illum qui concupiscentias carnis sequatur, liberiusq; indulgeat illi, cōtra, viuit ille qui lege spiritus ducitur in carnis crucifixione, qui soli hi Christi esse dicuntur. Paulo eodem teste. Q ui inquit Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis, ibidem. Ideo tanq̄ conclusionem dictis inferens ait. Mortificate membra vestra quæ sunt super terrā. ex quibus omnibus, locus petitus videt. Secundo exprimit ꝙ ieiunio sit domanda caro. quo vires eius franguntur, constat enim carnis vires incrementa sumere ab alimentis, quæ cum carni negātur

vires eius, quæ maxime ardent in vicia minuunt, tamen sic est abstinendum ne ciuem interficias ipse tuum. Abstinendū autem quo ad eius fieri potest, non solū ab alimentis escarum, sed etiam a potibus vini, quo maiori incendio solet ipsa caro flagrare, etsi plus potum q̄ esum requirat natura ipsa. Liquidis enim plus eget in sustentationem, propter humidi radicalis perpetuum defectum, qui consumitur a calore naturali, Tertium sequitur, Quantum valetudo permittit. Sapienter pticula hæc adiecta est, nāq; alias regula nimis seuera esset, sed sapienter limitatur, vt abstinentia nostra cū discretione fiat. Semper enim legislator circūstantias legis hoc est, ipsorum etiam cōditiones quos lex coactura est cōsideret oportet, vt non supra possibilitatem feratur, alioqui facile reiiceretur, & sui obseruatione magis nocitura q̄ pfutura esset, Hoc ipsum obseruatur isto passu, cum dicitur. Quantū valetudo permittit, Sunt enim pleriq; infirmioris naturæ qui patī tantum nequeunt, quantum alii, proinde ieiunium horum sic moderandum est, vt nō deficiant. Quo in loco satis lau

dabiliter in victu est institutus ordo noſter, vt nec ſuperflue. nec nimis rigide ſuſtentemur, ſed ſicut decet ſeruos dei parſimoniam ſiue frugalitatem imitantes.

Quando autem aliquis non poteſt ieiunare, non tamen extra horam prandii aliquid alimentorum ſumat, niſi cum egrotat.

Mikor kedig vala mellitek nẽ beitelhet, de azert ebed hora kiuel ne egiek valami eledelt, hanem ha beteg volna.

Mirantur plerique qualem conceſſionem hic dederit beatus Augu. impotentibus, id eſt his qui ieiunare nõ poſſunt, cum æquæ ſolemus refici diebus ieiuniorum in prandio, ſemel, ac ſi concederet extra refectionem, aliqualem indulgentiam, ideſt comedendi licentiam, ſed tamen rurſum idipſum reuocare videtur cum vetat extra horam prandii aliquid alimentorum ſumi. Eſt ergo nodus certe hic Gordianus, & qui non facile explicetur. nam negare non poſſumus quin aliqualem conceſſionem fecerit im

potentibus, id est his qui ieiunare neque unt, sed tamen cum ad horā prandii mox tales restringat, non facile dixerim quid planius velit, nisi forte existimes eum ipsum regule authorem locutum de pri scorum ieiuniis, quæ in perpetua inedia erat, id est abstinentia ab alimentis, id qđ per se interpretari videtur in definitione ipsius ieiunii regule authorumvbi dicit, Carnem vestram domate ieiuniis, abstinentia esce & potus, sic enim melius voluit definire ipsum ieiunium, vt sit abstinentia esce & potus ieiunium, simulq; vt intelligamus de quo potissimū genere ieiunii loquatur, & quid nomen ieiunii importet significet ve. Quemadmodum olim patres nostri in solitudinibus ieiunabāt, docentes carnem obedire spiritui, & legi dei, quæ mere spiritualis est. Sic abstinebatur a quibusdā etiam tēpore beati Augustini in suo monasterio. Legis & beatū Benedictum bis solūmodo in hebdomada modicū quid cibi sumpsisse, hunc morem in ieiunando obseruabat & beatus Maurus discipulus eius quem charius ex omnibus amabat. Incredibilia nobis modo videntur, quæ alii

multi ob capeſſendum regnum cœlorū faciebat, paciebantur, vt ſibi in primis inferrent bellum, & continue ſecum pugnarent, cū alias externe pacē haberent propterea ſubiunctiuam ſtatim intulit ſententiam. Qui autem non poteſt ieiunare: hoc eſt toto die abſtinere ſine cibo, nō tamen extra horam prandii aliquid alimentorum ſumat, niſi cum egrotat. vt condeſcenſio fiat his aliqualis, id eſt, vt ſemel in die hora prandii comedāt. Nos iuxta eccleſiæ morem hac conceſſione vtimur communiter, natura infirmiore forſitan q̄ illi fortiſſimi patres exiſtētes. vt ſemel in die reficiamur cibis quadrageſimalibus. Hoc ſi ita intelligere voles nodus tibi ſolutus eſt gordianus, alias manebit innexus, quem mihi vix explices. Iam vero horam prandii latius quidam volunt extendere, vt a prima ſecundæ quoq; inſeruiat refectioni, mihi certe hoc parum arridet. Nam & loca ſcripture edocent plane ieiunii vocabulum inediam indicare, legis. Iudicum. 20. de his qui toto die abſtinuerāt a cibo. Ieiunauerunt, inquit, illo die vſq; ad veſperam. Et. 1. Machab. 3. Ieiunauerunt illæ

die. Qua in re hoc in primis considerandum est. Vt si nequimus iam natura fragiliore cum illis fortibus abstinere, de quibus mētio facta est, saltem vt vsuale ieiunium cōtinuemus. Vt cum semel in die hora prādii refecti fuerimus, cæterū abstineamus. In summa, cū dicitur, carnem vestram domate ieiuniis, virtus abstinētie commēdatur, per quam caro spiritui subiicitur. vbi vero sequitur: quantum valetudo permittit, virtus discretiōis indicatur, pereunt enim bona, nisi virtus discretionis seruetur. Denique scimus & hoc quid alimentum nōq; intelligatur. Alimentum nāq; ab alendo dicitur, q; alat, quo nomine cibus omnis intelligitur, p tempore tamen commodus, aliis enim cibis vtimur diebus ieiuniorum. In hoc genere nō reputantur electuaria, sed nec tragemata, aliaq; confortatiua, quæ minus faciunt ad nutricionem, magis autē ad cerebri confortationem, quæ & hæc ipsa in debita quantitate sumi debent ex prælati permissione. Ne a minimis ad maiora dilabi cōtingat, omnia enim ex prælati scientia ac sentētia melius fient. Ne nostri iuris esse iuducemur, qui semel

aliorum

aliorum poteſtati nos commiſimus.

Cum accedítis ad menſam, donec inde ſurgatis, quod vobis ſecundū conſuetudinem legitur, ſine tumultu, & contentionibus audite, ne ſole vobis fauces ſumant cibum, ſed & aures eſuriant dei verbum.

Mikor iarultok az aztalhoz, miig onnan felkeltek, a mi nektek zokkaz zerent oluaſtatik zaigaſnekul, es vetekedes nekevl halgaſtatok, hog ne chak zatok vegenek elegeit, de fileteknis ehezzek iſtennek igeiet.

QVia enim omnia cum modeſtia, & ſecundum ordinem fieri debent in nobis, quos dominus ī magna domo ſua conſtituit, velut luminaria lucētia, ad quos nulli non ſpectant oculi, ēt ad menſam modeſtia noſtra, & ſanctitas illa, quam exigit a nobis Chriſtus, exhiberi debet, vtque cum cibi capiendi gratia menſe aſſidemus plus animā ſciptu-

refacris auditionibus paſcamuss, q̃ cor
pus cibi ſumptione, proinde Cum acce
ditis ad mẽſam, id eſt accedere debeatis.
(ſic.n. cũ p̃cepti ſenſu credimus articu
los hic poſitos) donec inde ſurgatis, id
ẽſurgere minime debeatis, vt pariter cõ
fidẽtes, reficiamini pariter, & corpore, &
mente. Nec ſit licitum cuiquã ſingulari
ter in ſequeſtro refici, ſed cõmuniter ad
mẽſam. Duo ergo præcipiũtur. Primũ.
Vt ad cõmunem menſam reficiamur ci
bis corporalibus, Secũdum. Vt lectio ſa
cra ad menſam legatur, ad hæc ſequũtur
alia duo, Primũ. Vt nemo exurgat ante fi
nem refectionis, niſi in caſu: puta, aut in
firmitatis occurrentis, aut iuſſu prælati
ob aliquã neceſſitatem. Secundum. vt
quæ leguntur intente audiantur. Id qd
ſumptum ex Paulo videtur, vbi dicitur,
obſecramus in Domino Ieſu Chriſto, vt
cum ſilentio operantes panem ſuum mã
ducent. 1. Tim. 3. Hoc eſt aũt eſurire dei
verbum, quod attẽte cũ quadã mẽtis vo
luptate auſcultare, vt & paſſionẽ quãdã
in ſe auſcultans ſentiat, deſiderii ſummi,
Idq; magna ſatis rõe. Spũs. n. nr̃ ſuũ pa
nẽ requirit. Eſtq; deiverbũ panis nr̃, nõ car

Csiki Székely Múzeum
Csíkszereda

nis sed mentis, Cōstat aūt omnibus nos duplici e porcione esse compactos, corpore videlicet & spiritu, & vtraq; porcio suum in nobis requirit edulium, corpus suum panem: & mens siue spiritus suū: vtq; est ipse spiritus nobilior longe corpore ipso, sic nobiliore cibo nutriendus, quod est verbum dei. quod mens semp esurit, quoties copia non fuerit, cuius fames potentior ē q̄ corporis, Corpus interit cibo illi negato, & spiritum interire necesse est, vbi desit illi dei verbum, Porro saginatur corpus suo pane, vñ ēt oēro bur illi, & spiritus verbo dei & saginatur, & roboratur, vis omnis inest corpori a pane, & spiritui a verbo. Sed ve nobis. quia paruuli petierunt panē, & non erat, qui frangeret eis, frangendus ergo panis verbi, & paruulis diuidendus, & sincere diuidēdus, ne toxico erroris prælitus noceat. Dominus Iesus det nobis panem hunc cum sapore spiritus & vita, vt viuamus, & nō moriamur, cuius semper assit nobis copia, Sequitur.

Qui infirmi sunt ex pristina cōsuetudine, si aliter tractātur in victu,

non debet aliis molestum esse, nec iniustum videri, eis, quos fecit ali/qua cõsuetudo fortiores, Nec illos feliciores putent, quia sumunt, qd nõ sumunt ipsi, sed sibi potius gra tulentur, quia valent, quod nonva lent illi.

Akik gengek elebi zokassokbol (mint akik genge eletreul ievute/nek be) ha kilemben tartatnak (egideig) etellel, es italla l, nẽ kell egebeknek nehezuek lenni: se ha/ninck latatnia, azoknak, kiket va lami zokas (vag elebi eletbeli, vag zerzetbeli) eresbekke thet. Azo/kat se alehak bodogbaknak lenni, miert azt uezik, amit euok nẽ vez nek (etelbe es italba) de inkab ma/goknak eurelienek mert zenuedes be azt tehetik amit amazok nem tehetnek.

Vldes q̃ nihil discedat a charitatis in/stituto, & q̃ hæreat huic vnico fun/

damento, quod primum iecit, Quicquid hactenus dictum est, non nisi mera charitas est, Charitas est & hoc quod præsens lectio docet, Qui, inquit, infirmi sunt ex pristina cõsuetudine, &c. Infirmitas hoc loci, nõ morbi est, sed teneritudinis imbecillitatisq; vocabulum, Ac si aperte dicat, fortiores equanimiter tolerent, cum videant teneriores mollius ex misericordia tractari, Imo hoc, qa fortiores sunt, debent in se abstinentie rigorem constãtius seruare, nec aliis inuidere, Porro, cõsuetudo, cum altera natura sit, quæ non facile mutatur, nihil mirum si paulatim exuitur, deduci vt, proinde hoc fieri debet in sacro ordine, vt nouitius ex vita delicata accedens, paulatim assuescendo deducatur ad fortia, & non subito, ne diffisis viribus contingat eum retrocedere. Nemo enim repente summus fit. Hic ego subtiliter animaduerto priscorũ patrum rigidam parsimoniam, nisi enim parcissime victitassent, nequaq; diceret paulatim durioribus assuescendum his qui molliori vita accessissent, vt iudicemus nos q̃ longissime ab eis abesse, & nõ nisi a lõge cum infirmo & carnali pere-

ſequi dominum, illoſq; patres admirari potiuſq; aſſequi cominus, Nã modo ſic eſt victus noſter, vt pauciſſimi ſint nouitiorum, qui æque veteranis non poſſint ſuſtinere, tamen ſi contingeret aliquẽ ita delicatum accedere inſodalitatẽ noſtrã, eduliis q minus cõtẽtus eẽt cõibus, agẽ dum foret cum eo iuxta ſacre regule præcepta. Quod ſi quis negligeret. vtiq; trãſgreſſor regule conuinceretur, & prſus a charitate alienus.

Etſi eis, qui venerunt ex moribus delicatioribus ad monaſterium aliquid operimentorum, alimentorum, veſtimẽtorum ve datur, quod aliis fortioribus, & ideo fœlicioribus non datur, cogitare debent quibus non datur, quãtum de ſua ſeculari vita illi ad iſtam deſcenderint, quamuis vſq; ad aliorum, qui ſunt corpore firmiores frugalitatẽ peruenire non potuerint.

Es ha azoknak kik ieuttenek gien

ge eletbeul e zerzedbe valami ele/
del, es ruhazat adatik, melii ege/
beknek, ereuſbeknek, azertis bodo
gbaknak nẽ adatik, gondolniiok
kell azoknak, kiknek nẽ adatik, me
niire amazok eu vilagi eletekbel
e zerzetes eletre zallottanak legi/
ien, iol lehet meeg egiebeknek ze
nuedeſſekre nẽ iuthattanak legiẽ,

QVod dixerat de victu, idem ꝑcipit & de aliis vitæ neceſſariis, vt ſunt ꝯpimẽta, veſtimẽtaq;, q̃ ſi liberius aliquanto aliquibus nouitiis maxime ꝓ uidentur ne fiat moleſtum aliis. Alioq carnales ſumus ſi inuidere cœperimus aliis, & tanto' abſumus non ſolum a religioſitate, q̃ Chriſtianiſmi flos eſt & decor & honeſtas, ſed etiam ab aliis honeſtioribus Chriſtianis, Nõ eſt igitur quod hic dolore torqueaꝛis de aliena fœlicitate, non eſt ꝙ inuideas, qui teipſum in totum abnegaſti, & alieni iuris es non tui, hi ſolent aliis inuidere qui ſua quærunt, q ſeipſos diligunt, & hoc in carne, in qua

gloriantur, nos in spiritum semel redu-
cti sumus, Pudeat igitur vltra relabi in
carnem, inq3 eam demutari, sed in spiri-
tu potius in dies fortificari. Compati de
bemus aliene infirmitati, non dolere de
fœlicitate, quãq3 illa fœlicitas necessitatis
prouisio sit, & necessitas potius dicenda
q3 fœlicitas. Oro auscultа parumper. Nõ-
ne Christus dicit. Diligite inimicos ve-
stros, bñfacite his q aderunt vos. Matth.
5. Et Paulus egregius doctor Romanis
scriptũ reliqt. Si esurierit inimicus tuus
ciba illum. Si sitit potum da illi. ca. 12.
Si igit' nimicis bñfaciendum cẽluit Chri
stus, censuit & gentium doctor, quanto
iustius id faciendũ amicis, quanto deniq3
iustius fratribus, qui sub eadẽ professio-
ne nobiscum tenẽtur. Nunc tibi videtur
ingens beneficẽtia hæc cum infirmi pro
necessitate sustentantur, hoc si tu non fa-
cias, ast saltem ne doleas qa alii faciunt,
sed gaude potius, & gratias age qa tu nõ
ita eges sustentatione, qui fortior es na-
tura qua fortius sustineas. Nemo igitur
hic putauerit dolendum esse de aliena su
stentatione quia hoc non charitatis est,
sed malignitatis potius, & non Christia-

ni, magis autem diaboli.

Nec debent velle omnes, quod pau cos vident amplius, non quia ho/ norant, sed quia tolerantur accipe/ re, Ne contingat detestanda peruer sitas, vt in monasterio, vbi quantũ possunt fiunt diuites laborioſi, fi/ ant pauperes delicati.

Es nem kell mindennek azt keuan ni amit enahantul latnak tebedet venni, mert ezt nem azert tezik ve levk hog euvket inkab tiztelneek, de miert nẽ lehet egieb benne, azert is irgalmasſã el zenuettetnek: hog ne terteniiek az vtalatos vizzada gosſak ti kezettetek imebbeel, mi/ koron a gazdagok a monoſtorba, minere tehetik, leznek rabotaſſa, oth a zegeniek lennenek magok giengelteteie,

COncreta eſt nobis cupiditas mali. Et viſis forti⁹ irritamur. Mira ẽ hu

mani ingenii cupiditas, non ſaciatur in felix animus aſſecutis, nō ſibi temperat. cupit ſæpenumero & ſupra neceſſitatē. Quid vltra dicā? propoſitis obiectis fortius tentamur, ſi modo ſint conuenientia. Dūq; quippiam apud alios videmus, nos veluti priuati dolemus, nō omnes, ſed qui vacui ſumus ipſa charitate, quæ ſi adſit adeo nō dolet, vt & ſeipſum libētius impendat, non ſolum bona largiat. Bene igitur ac ſapienter prouidētia Dei idipſum in primis datis legibus reprimi curauit in nobis, iubens ne concupiſcamus. Id qđ & præceptū regule ſuffocat. Nec debent, inq;, velle omnes quod pauCos vident amplius accipere. Cui mox cauſa ſubditur, cum dicitur. Ne contingat deteſtanda peruerſitas, vt in monaſterio, vbi quātum poſſunt fiunt diuites laborioſi, fiant pauperes delicati: Obſerua, peruerſitas a peruertendo dicta eſt, quaſi a perfectione in quam excreuerat totus reuertatur in id vnde primus illi aſcenſus erat. In religionem cum primum veNerat quaſi infans erat, qui ſenſim ad maiora nutritus, roboratusq; eſt, vt perfectus eſſet, vbi dum ſtat ſi mollia illa ap-

petit,quibus nutriuntur velut infantes nouitii:nonne imperfectionem illā priorem repetit?& quis vnq̄ vir factus ſinus maternos repetiit?Q uis vbera materna vt lac ſugeret quæ ſiuit?pudeat ergo nos ſimiliter facere,cū iā viri facti ſumus,q̄ durioribus aſſuefacti ſumus:nec vltra cō cupiſcamus puerilia illa fomēta, quibus infantes,hoc eſt, nouitii alebamur , ſed in ſuſtinentia forti cōſiſtamus potius, vt cœpimus in laudem, ne peruerſi ſimus, ne irrideamur in monaſticavita,vbi quā tū poſſunt fiūt diuites laborioſi ne fiant pauperes delicati.Eſt certe diuitum,hoc eſt,eorum qui e diuitiis altisq̄ honoribus huc acceſſere in conſortium noſtrū, præcipua cura , vt laboribus aſſueſcant nec delicati vltra remaneant,Quod cum fieri debet , magna vtiq̄ foret puerſitas, vt hi,qui ex paupertate adueniūt fierent delicati.Potes & ſimpliciter intelligere iuxta præmiſſum ſermonis tenorē,pauperes eos qui in ordine votum paupertatis ſequentes,& iam a ſeculariis vite teneritudine confirmati longa frugalitate ſunt,qui fortiter quæuis dura , laboreſq̄ pati poſſunt,hi enim quaſi repuereſcere

& vt ita dicam renouitiari viderentur, si eas delicias quærerent ciborum quibus ali solent delicati nouitii. Dicã apertius erãt q nunq̃ foris delicioseviciitarũt, nũc si in religione delicias peterent magna vtiq; esset peruersitas. Nam & diuites in hoc ipsum sese assuefaciunt. vt vitatis delitiis fortius sustineãt. In summa. In verbis his inequalitas sustentandi haud alia ratione præcipitur, nisi necessitatis, eoq; infirmis condescendendum est, charitate exigente. Item præcipitur diuitibus vt duris assuescant laboribus, & non delicias priores quærant. Pauperes autẽ modis omnibus vt fugiat delectamenta quæ nec foris habuerunt. Vt nemo non perfectioni in hac sacra religione intendat: nemo non hanc vnicè imitetur.

Sane quemadmodum egrotantes, necesse habent minus accipere, ne grauentur, ita & post ægritudinẽ sic tractandi sunt, vt citius recreentur, etiã si de humillima sæculi paupertate venerint, tanq̃ hoc illis consuleret recentior ægritudo, quod

diuitibus anterior consuetudo.
Bizoniaual mikent a betegeknek zikseeg keuesb eledelt hozzaiok venni imez okaert, hog megne nehezevlienek: azonkeppen a betegseg vtan vgiikell euvket tartaniia hog hamarab meg giogiulianak: meg ha igen ala valo vilagi zegensegbevl iettenek legiẽ is, vgii mint nekik azt tette legien az vionnan valo betegseeg, amit a gazdagoknak elebbi gieuge zokas.

QVia non diuersimode diuites & pauperes, in victus, aliarumq; necessitatum suppeditatione: namq; diuitibus aliter prouidendum est si sint delicati, q̃ aliis pauperibus, qui durius sustinere possunt. Nunc confert eos, æquatq; pauperes cum diuitibus: cum ex ægritudine natura tenerior facta sit in illis, dicens, Sane, quod affirmantis est. Quemadmodum ægrotantes necesse habent, minus accipere, ne grauentur. Hoc enim decretum est medicorum: vt ægrotantes

partius cibis vtanturrob ſtomachi infir-
mitatemme ſi onerentur grauitate cibi
nequeant digerere, vnde illis aut ſubita
mors eueniat, aut morbus grauior, verũ
cum cœperint conualeſcere, melius tunc
illis prouidendum erit, ſicut & de noui-
tiis delicatis præceptũ eſt, eo q̃ ægritu-
do in ſtomachi teneritudine pares hos il
lis effecit, etiam ſi de humillima ſæculi
paupertate venerint in ordinem, Siqui-
dem in ſingulis fratribus ſola neceſſitas
animaduertenda, non genus, aut ſecula-
ris dignitas, quæ omnia euacuata ſunt ſi
mili profeſſione.

Sed cum vires priſtinas reparaue-
rint, redeant ad ſuam fœlicioré cõ-
ſuetudinem, quæ famulos Dei tan
to amplius decet, quanto minus in
digent, ne cibi eos teneat voluptas
iam vegetatos, quos neceſſitas le-
uarat ifirmos. Illos æſtiment ditio
res, qui in ſuſtinenda parcitate fue
rint fortiores. Melius eſt enim mi-
nus egere, q̃ plus habere,

parcitate fuerint fortiores. Et certe melius est modicam indigentiam intra etiã ipsam necessitatem sustinere q̃ plus habere. Quandoquidem illud expeditum oĩno militem demonstrat, & qui vnice diligat deum, cupiatq̃ q̃ primum in sublime ferri cœlestibusq̃ ascribi, plenus enim est spiritualibus bõis, ideo minus sentit corporalem necessitatẽ, in illis calet, friget in istis, o felicem illum, qui ita est institutus. Vere abunde diues est, copiaq̃ rerũ oĩum fruitur, de q̃bus Pauli illa vox est. Tanq̃ nihil habentes, & omnia possidentes, contra vero qui plus habere cupit, arguitur cupiditate ipsa religatus mũdo vtpote defectus a spiritu dei, & qui plus terrenis q̃ cœlestibus delectetur.

Non sit notabilis habitus vester, nec affectetis vectibus placere sed moribus.
Ne legien iegzetes tii eltezettek. Se keuanatok ruhatokba kelleme tessieknek lenni, de inkab iambor tekelletes zent erkelchtecbe.

RElegio in quantum est status honestatis, ac summæ modestiæ, pertinet ad eam honestas habitus: & quãtum hoc pertinet illi tantum abhorret ab ea contrarium, quæ est notabilitas, Ideoq; summopere, est fugienda, Tu virginem dixeris atque adeo fœminam omnem probam esse, quæ nullis gaudeat pigmẽtis, nullum purpurissi cerusecq; adhibeat genis colorem, sed natiua forma quæ sit contenta. Nam mulier quo fuerit ornatior eo suspectior, simplex & rusticus habitus caret suspitionem, ita & in fratribus cogites oportet. Ille enĩ modestior puriorq; tibi est qui minus gaudet ostentationi quo vero cu'tior erit, eo suspectior: eo q; nondum deposuerit ambitionem. & illam cupiditatem, quæ multorũ est radix malorum, a quibus liber esse debuerat ingrediens religionem. Ideo nãq; & sacrum euangelium caret asciticio elegantie colore, ne suspectum esset, & quasi elegantia sermonis sese venditans, nõ ditate veritatis, Q ua veritate scilicet cum æthnicorum scripta careant, oportuit in ea induci colorem, quo vel maxime placeant. Constat ergo euangelium

ipſum nulla myropecia, nullis pigmentis, nullis fucis litum eſſe, & quod nullos habeat cincinos, ſed plana omnia, q̄ ſit cōtentum proprio colore, quo ſe aperit: ad quod nos conformari oportet per omnem modum. Obſerua, notabilitas habitus primo ſit ex nimia præciositate, de qua erubeſcere ſe dicebat beatus Auguſti. Secundo ex mollicie, non enim decet hæc pœnitentes qui olim in cinere & cilicio diuerſitati leguntur. Ideo Dominus Ecce, inquit, qui mollibus veſtiunt ſcilicet non eſt locus pœnitentiæ, ſed potius vanitatis, & ſui oſtētationis. Tertio ex pulchritudine. Vnde naſcitur ſuꝑbia. Gloſa ſuper illud Matth. 3. Ioannes habebat veſtimenta de pilis, Seruus dei nō debet habere veſtimentum ad decorem, ſed tantum ad tegendum nuditatē. Quarto ex ſuperfluitate, id enim inexeplebilis cupiditatis eſt, directe cōtra votū paupꝑtatis pugnās. Quito ex nimia cōpoſitione, Q d laſciuie impudētiæq̄ eſt. Ex his omnibus multi ſcandalizātur ſecularīū. Quocirca ſummopere cauendum ne niſi neceſſitas ſuppeditetur in religione no-

stra, Vnde nec affectemus vestibus place re, vt solent hi qui interne carent virtuti bus, in quibus oculus cordis nimium so let delectari, Ideo enim foris quærũt pla cere apud homines, quorum ante ocu los sese ostentant: quia non habent quo se deo ostentent, seq; placere faciant illi, aut quod ipsi aspiciant in semetipsis in tus: vbi sordent omnia: & non nisi den sissime tenebre occupant omnia, virtu tum radiis vanescentibus. Vt eximiæ ad ditum sit, Sed moribus, in quibus lucea mus oportet, tũ castissimis: tum mode stissimis ornatissimisq;, in his etiam pla cere cunctis studeamus: nec tam fucate in hypocrisi, sed in veritate. Quocirca, par est, vt primo his deo placere adnitamur. à quo solo merces speranda est.

Quando proceditis simul ambula te, cum veneritis, quo itis simul sta te. In incessu, statu, habitu, & in oi bus motibus vestris nihil fiat, qđ cuiusq; offendat aspectũ, sed quod vestram deceat sanctitatem.

Mikor vala houa menteuk egievt

iariatok, mikor oda el iutandotok a houa mētekvala, egieut, aliiatok, Se iaraſtokba, Se allaſtokba, ſe el/ tezettekbe, es akarminemeu indu/ lattokba ne legen valami olii ki va lakinek nezeſet meg bantana, de incab ami ti zentſegtek et illeti a le gien.

Similis locus eſt in Euangelio. In quā cunq; domum intraueritis ibi mane teiꝛ inde non exeatis Luc. 9. Et Paulus. Col. 4. honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt. Item ca. 2. Ambulētis digne per omnia deo placentes. Et. 1. Tim. 4. Exēplum eſto fidelium in verbo in conuerſatione, charitate, fide, & caſtitate, hoc enī faciens, teipſum ſaluum facies, & eos q te audiunt. Et. 1. Cor. 10. Sine offenſione æſtote. i. ſcandalo. Huc pertinet & id quod Dominus dicit Matth. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus vt videant opera veſtra bona, & glorificent patremveſtrum, qui in cœlis eſt. Namve homini illi p quem ſcandalū venit Matth. 19. Ideo & Petrus ammonet dicens. Cō/

uersationem bonam inter gentes habentes: vt ex bonis operibus considerantes glorificent deum patrem. 1. Pet. 2. Id qđ præceptū indicat, cuius articulus declarat apertius in quibus rebus seruanda sit modestia, dicens, In incessu, statu, & cætera. Sancta namq; religiosorum virorum congregatio non solum virere debet integritate conscientiæ: sed etiã florere honestatis decore sicut scriptum est. Eccle. 24. Flores mei fructus honoris, & honestatis. Et in eadem scriptura alio loco sermo dominicus loqtur di. Obaudite me diui fructus, & quasi rosa plantata super riuos aquarũ fructificate, Quasi libanus odorem suauitatis habete. florete flores, quasi lilium, & date odorem, & frondete in gratiã. Eccel. 39. Religiosum quippe est, vt sicut interne sancti sunt dei homines ita & externe decorem exhibeant honestatis. Sic enim docuit Paulus, vt non simus contenti corã solo deo nostra conscientia: probitateq; nisi insignia quædã exhibeamus & coram hominibus ꝓbitatis cõsciẽtiæ ve nr̃æ ĩdicia. 2. cor. 8. Prouidentes (inquit) bona nõ solum coram deo: sed etiã coram hominibus. Et certe

valde indecorum est, vt ipsi reprehensibi
liter viuant, quorum ordo exigit, vt cæ-
teris formam præbeant sanctitatis. Nãq
ad eos hæc sententia pertinet. Estote san
cti, sicut & ego sanctus sum dicit Dñs Le
ui. 19. Vere sancti debemus esse, q nomẽ
& habitum gerimus sanctitatis, & profes
sionem tenemus religiõis. Apostoli vox
ẽ. Sic nos existimet hõ vt ministros chri
sti. 1. Cor. 4. Existimatio igit nr̃i necessa
ria ẽ nobis. i. fama bõa, vt quod sumus.
id & appareamus, & quod apparemus. id
& simus, vt non in incessu appareat, aut
statu, aut habitu aliquid reprehensibile.
Incessus ne aut mollis sit muliebri per si
milis, aut sublimis, ne nimiã arrogantiã
prætendat, sed virilis & modestus, simili
ter & status ne leuis incõstans ve & quasi
stare loco nesciat pes, nescio quo ardore
mobilis, Iam in habitu maior pars ani-
mi, morũq; in erit. In summa, docemur
irreprehensibiles vita fore, & id quidem
magna ratione. Sumus enim in pfectio-
ri vitæ statu in ecclesia Dei. vbi decet &
sancte viuere, decet & nomen habere, il-
lud ad integritatem nostri. hoc ad exem
plum aliorum. Scite censet Bern. Nullũ

consilium melius fore, q̃ si exemplo tuo ædificaueris fratrem tuum. Prouocans semper ad optima sequenda. Id enim iustorum est proprium vt omne quod dicunt, vel agunt, non solum profectum suum, sed etiam proximorum suorum ædificationem quærant. Author est Diuus Grego. 41. Morat. cap. 32. Est & alia huius rei ratio. Sumus enim (si modo sumus) velut lucerne ardentes, & lucentes in tenebris peccatorum. De Ioãne dixit Saluator. Erat lucerna ardens. Et alibi. Lucerne ardentes in manibus vestris. Iã scimus quid sit lucernas in manibus tenere, Quia proximis nostris lucis exempla monstrare est. Gregorio exponente. Vnde & in veteri lege in figura præceptũ erat. Facies, inqt, lucernas septem, & pones eas super candelabrũ. Vt luceant ex aduerso. Exod. 25. Septenarius numerus vniuersitatis & pfectiõis ẽ typus. Iõ p lucernas septem oẽs perfectos in dei ecclesia capimus, qui tum verbo, tum exemplo lucent, ex aduerso sibi inuicem charitate correspondentes. Tertio in ministerio positi sumus, vt adstemus illi, Sic. n. & sancti Angeli quidam semper adstant

deo,& in hoc miniſterium exhibent. In cuius rei figuram ſe exhibuit Ioanni pro prio ſchemate, id eſt ornatu miniſtra, torio in medio candelabrorum aurę orũ ſeptem Chriſtus. vt Apoc. 1. ſcriptũ eſt. Erat enim veſtitus pondere. i. veſte linea alba vſq; ad talos, præcinctus ad mamil, las zona aurea, hæc charitas cõſtringens eſt, caput & capilli candidi erant, velut la na alba, ac nix, iam id modeſtiã, morũq; grauitem oſtendit in miniſtro dei. oculi eius tanquam flãma erant, quod viuaci, tatem intelligentiæ indicat, vt nõ ſit ſto lidus aut idiota miniſter dei. Pedes autẽ eius ſimiles aurichalco, id eſt voluntas eius ſit aurea, inq; ſpeciem auri multis ignibus turbulationum adducta. Vox tã q; aquarum multarum. Nã clamare mini ſtrum dei oportet ſiue in hymnis & cãti, cis, ſiue in ſermonũ dei prædicationibus immo contra vitia velut tuba horriſona clangere, & ad ſupernavocare accẽderęq; cantu. Ex his autem hi tibi fructus naſcũ tur, ſi fueris vt præſcriptum eſt. Primo enim honorificatur Deus. Quod abunde pulchra tibi merces eſt, & fructus glorio, ſus. Secundo ædificatur hinc proximus

tuus & id quidem magnæ tibi gloriæ fo-
re ne dubites. Tertio præmium cumula
bitur. Quale autem te præmium ꝑ hac
virtute maneat, auris non audiuit, ocu-
lus non vidit, nec cor alicuius hominis
vnq̃ excogitauit. Ad vltimum hæc oĩa
tibi accedunt, si religiosam vitam duxe-
ris, vt instituto, sacroq; sancto iusiuran-
do respondeas tuo. Religiose autem vi-
uis, si illicitos motus compresseris tuos
si sensus cohibueris, ne aut oculi paulo
petulantiores sint, aut aures prurientes
ad lasciua audienda: siue etiam munda-
nas cõsolatiões, quæ fæpe impure sunt:
deniq; dei spiritu recollecto vni Chri-
sto incumbas, & illi soli placere studeas
vt quæ cauit legibus vites: quæ iussit, fa
cias spe adsuperna erectus.

Oculi vestri et si iaciant in aliquã
fœminarum, in nullam figantur, ne
que enim quando proceditis fœ-
minas videre prohibemini, sed ap-
petere, vel ab eis appeti velle crimi
nosum est, nec solo tacito affectu,
sed affectu aspectu quoq; appeti-

tur, & appetit concupiſcentia, fœminarum.

Tii zemeiitek ha valamely azzoniallatra vettetendnek, de ſenkire ne teuzteſſenek, mert mikort iartok, nem tiltattok azzoniiallatokat latni de keuanni, auag eu teulek keuantatni akarni halalos bin. Mert nem chak vezteglétes titkos keuanſagal, de kekanſagos tekenteſſelis keuantatik, es keuan azzonii allatoknak geriedeti.

MAgnum malum induxit ſuper nos vna præuaricatio primorum parẽtum, vt cæterum obnoxii eſſemus infirmitatibus his, quas in nobis iugiter experimur. Ecce enim vniuerſi ſenſus noſtri & interni, & externi corrupti ſunt, q fedis ſceleratibusq; interim cupiditatibus ſuis ſeruire cogunt miſeram animã, rationem, quæ quiddam diuinum in ſe præſe fert excecantes, vt niſi equis legibus coerceantur, adhibita etiã cuſtodia ſeruentur facile a magnanimitate, & illo

decoro & honesto deiiciũt nos, vt in bel-
luam quandam potius demutent, quam
hominis veresani vestigiũ vllum in no-
bis relinquant. Inter quos vel vnus no-
centissimus equidem visus degnoscitur,
qui haustum venenum diffundit in inte-
riora ad animã vsq; ossiumq; medullas,
cuius igne vastari omnia certissimũ est,
& nihil sanum, nec integrum relinqui, vt
iure in persona quorundam conqueri vi
deat Hieremias ipse dicẽs. Oculus meus
depredatus est animam meam. Tren. 3.
Et in alio fatidici voluminis sui libro
Ascendit, inquit, mors per fenestras no-
stras. cap. 9. Quid fenestre iste sunt nisi
oculi, per quos patet accessus ad interio
ra malis cupiditatibus, quæ per oculos
hauriuntur? Ideo recte Diuus ammonet
Gregorius in Moralibus illis. Vt mens
sit munda a cogitationibus deprimendi
sunt oculi, quasi raptores ad culpã: ocu-
li enim sunt ꝓpria tela libidinis, etenim
aspectus oculorum mentẽ hominis vul-
nerat, & cor. Sic beatus Iob depresserat
oculos suos, qui constantissime dicebat.
Pepigi Fedus cum oculis meis, vt nõ co
gitarem de virgine. Ideo Ecclesiasticus sa

piens iubet. Auerte, inqens, oculos tuos a muliere comptat & ne circunſpicias ſpeciens eius. propter ſpeciem enim mulieris multi perierunt. Idem in Prouerbiis. Multos vulneratos deiecit: & fortiſſimi quiq; interfecti ſunt ab ea. Grego. Si eua lignum vetitum in caute nō reſpexiſſet, neq; tetigiſſet. Idem. Gladius igneus eſt ſpecies mulieris. Vt recte regius pſaltes orauerit. Auerte oculos meos, ne videāt vanitatem. Ecce q̄ magna ratione prohibetur incautus frixus præcepto regule ſacræ. Domini vox eſt. Quividerit mulierem ad concupiſcendum, iam mechatus eſt eam in corde ſuo Matth. 5. Quod igitur non licet concupiſcere, nec liceat aſpicere. Illabitur enim ſubito perviſum peſtis atrox, & ī intima oſſium dilabitur. figit altius radices, vt non facile euelli amoueriq; poſſit, eqdē nō facile purificatur aīa hacvbi imbuta fuerit, nec facile ſanabitur corrupta, proinde conſultiſſime ſenex mulieri petenti pro ſe orare (mihi quidem) reſpōdiſſe videtur, Orabo, inqt, vt nunquam tui memoriam habeam. Et quis vnq̄ in ſinu anguem tuto abſconderit, aut geſſerit ignē? Dicatur ergo. Oculi

veſtri etſi iaciantur in aliquam fœmina-
rum.in nullam figantur,ob vitanda hæc
mala quæ ſequi ſolent ad fixum. Nã nec
ſolo tacito affectu qui eſt in fomite intra
nos,ſed aſpectu quoq; appetitur, vt iam
veluti duplici malo pereas, & fortius in
libidinem mouearis. Cenſent alii ſic
textum legendum eſſe.Nam nec ſolo ta-
cito affectu,ſed affectu quoq; aſpectus ap
petitur, vt ſit aſpectus genitiuus caſus.
Quod vero additur & appetit concupi-
ſcentia fœminarũ: mali exaggeratio eſt
ad cauſam fixus tui,quo fragilem ſexum
in tui concupiſcentiã plane irritaſti,quo
iudicium tibi multo grauius immineat
irruatq; ob ſcandalum:facile namq; fragi
lis ille ſexus permouetur, hæretq;, vt iã
in collum tibi illigatus ſit in proditionẽ
& gehennam,quam tu illi accendiſti. Ve
rum dictum,accendi gehennam ad con-
ceptam flammam concupiſcentie, iuxta
ardorẽ.n.eius gehenna cuiq; flameſcit,
extinguitur autem ardore prauo reſtina
to,ſecundum dei horrendum & auſterũ
iudicium,quo commodatur pena pecca
to. Qui ſolus & in primis metundus eſt.
Et quia pleriq; ſunt qui egregie ſecum ge

ri putant, nec inquinatos esse impudico aspectu, contra quos statim fulmen præcepti iacitur.

Nec dicatis vos hẽre aios impudicos, si hẽatis oculos impudicos qa oculus ipudicus impudici cordis ẽ nuncius. Et cum se inuicem sibimet etiam tacente lingna, aspectu mutuo corda nunciant impudica, & secundum concupiscentiam carnis alterutro delectant ardore, et intactis ab immunda violatione corporibus fugit castitas ipsa de moribus.

Se mongiatok tizta lelkeket birnia, ha tiztatalan zemetek leend, mert a tiztatalan zem tiztatalan ziunek keuete. Ez ig vagon, hog mikoron a fertelmes ziuek egimasra tekentesel nelueok halgatnanis magokat megielentik, es test nek keuansagazerent, egmashoz valo

geriedetbe generkednek, baar teſti illeteſnelkil legenekis de maga el uez a tiztaſaag erkechecbeul.

OCcurrit tacite obiectioni arguens eos mendacii, qui iactatis parum verecunde oculis audent tamen pudicitia gloriari, mundumq; interne habere cor, mores ſibi conſtantes eſſe. Quo certe vaniſſimum eſt gloriari a talibus, Qñ quidem id fieri poteſt minime, vt tum tibi cor purum ſit, cum maxime fixum ſequaris laiciuientium oculorum. Nam index cordis eſt oculus, proditorq; ſecretorum cordis certiſſimus. Enimuero hoc ita eſt, & certius eſt q̃ vt mendacio inuerti poſſit, vt cum corda impudica etiam lingua tacente ſe inuicem ſibimet aſpectu mutuo indicant, & ſecundum concupiſcentiam carnis alterutro delectant ardore, etiam intactis ab immunda violatione corporibus fugit caſtitas ipſa de moribus. Tam minime tutum eſt figere aſpectus & vilium habere conſuetudinẽ ſeu familiaritatem fœminarum. Nemo ſe putet ſanctiorem eſſe Dauide, quem ampla plenitudine inhabitabat ſpiritus dei,

ſed

sed neq; sapientiorem Salomone in excogitandis rerum euẽtibus, iudiciis quoq; admirandis, Neq; fortiorem Sanſone, quibus omnibus deceptrices inſigniter illuſere mulierculę, forma, conſuetudine, & aſtu, Auguſtini verba ſunt. Crede mihi, Epiſcopus loquor, cedros Libani ex hoc cecidiſſe reperi. Quid cedri libani ſunt, niſi excellentiſſimi in profeſſione caſtitatis? Cedri.n. proceriſſime arbores ſunt ī monte Libani, qui in Iudea eſt, & ipſum nomen Libani cãdidationem ſonat, Proinde æquiſſimo conſilio fugiet cõſortia hæc peſtifera quicunq; caſtitatis verus ꝓfeſſor fuerit, Nam ſicut a veſtimẽto tinea ꝓſerpit, ſic a mulicre iniqtas dixit eccleſiaſti. ca. 42. Hic mihi aduerte, duplicẽ eẽ impudicitiam, alteram carnalem, ſpiritualem alteram, Spiritualis eſt quæ ex delectatioue concepta per conſenſum cõtrahitur, de quo eſt, hoc, quod dicitur. Et cum ſe inuicem & cætera vſq; fugit caſtitas ipſa de moribus. Carnalis, quæ in operatione perficitur per varias peccatī ſpecies, Multis autem modis vtraq; īcrementa ſumit, modo per viſum, modo ꝑ auditum, modo per allocutionem. & cæ

tera, his enim talibusq; fomentis nutritur abominata voluptas, quæ in ſtagno igni ac ſulphare ardenti ſibi locum eſt in Inferno ſortita, Apoc. 20.

Nec putare debet, qui in fœminã figit oculũ, & ipſe illius in ſe dirigit fixum ab aliis ſe non videri cũ hoc facit, videtur omnino, & a quibus ſe videri non arbitratur, Et ſi lateat, & a nemine hominum videatur, qd faciet de illo deſuper inſpectore, quem latere nihil poteſt? An ideo putandus eſt non videre, quia tanto videt patientius, quanto ſapientius?

¶ Se aleha az aki keuanſagal azzoniiallatra tevzteti zemeet, annakis tevzteteſeet magaara ingerli, egebekteul nem lattatniia mikor ezt miueli, bizon lattatik meeg azoktulis akicteul ingẽ ſemuelne. Debar ig legien, hog eg emberſe

laſſa eutet, mit tezen a feuleul ne/
zeu iſten feleol, ki eleut ſemmi elnẽ
enezhetik, auag azert aleiitandoe
nẽ latniia, mert anneual teurelmeſ/
ben nez meneuel belcheſſegeſben.
(Azaz) el zenued teurelmeſſen eg
ideig olii mint ingẽ ſem latna, hog
nagal nehezbẽ geterien annak vta
na, ha el nem hagod a gonozt.

CVm venerea voluptas ſemel occu/
pauerit mentẽ hominis cõtinua vi
agit intra præcordia, & vſq; adeo, qdem
vt faciſe nequeat diſcernere, quid fas ſi/
bi, quidue nefas ſit, cuius initium viſus
eſt, per quem hauſtur omne venenum,
qui ſi crebro fuerit in fœminam iactatus
altius venenũ mali huius ſorbetur, vt igi
tur exterreamur ab his malis quos i ſan
ctificationem vocauit Deus, duos ſacra
regula proponit obſeruatores noſtris pri
mo hominem, deinde deum, a primo cõ
fundimur per infamiam, aſecũdo per iu/
dicium, ab homine nãq; mala oboritur
in nos fama, vt confundamur in conſpe/

ctu hominum, a deo autem intentatur pœna, iuxta rectitudinem sui iudicii, qui nō potest peccatum inultum relinquere, dicit ergo, Nec putare debet, qui in fœminam fugit oculum, & illius in se dirigit fixum, ab aliis se no videri cum hoc facit, & cætera. Sunt enim plerique, qui cū mala faciunt, putant se ab aliis non videri. Sed difficile est crimen non prodere: & difficilius tegitur crimē q̄ virtus, & hoc alto dei iudicio. Sed fiat q̄ celetur ab hominibus, id est, vt homines nesciant, sicut solet cadere, vt multorum nesciantur crimina ab hoibus. Attamē videt oīa deus, cui omnia nuda sunt apertaq̄, etiam interiores cogitationes mentiū, qui habet oculos tanquam flammam ignis, id est viuacissimos. Apoc. 2. Non igitur dicat peccator. Non videbit Dominus: nec intelliget deus Iacob. Et, circa cardines versatur, opera hominum non considerat. Sed confiteantur negentve, Deus est summa mens, sumus intellectus, cuius oculos nemo effugiet, q̄ viuacissimi sint, penetrātes ossium quoq̄ medullas: & non vel tantillum aliquid ab eo celari possit: nec dormiunt nec conniuent vnquā: sed

ſemper aperti ſunt: & cõſiderant, ſiue bonum agas ſiue malum, ſiue cogites ſiue loquaris, id quod & ſacra habet regula. Quem, inquit, latere nihil poteſt: vnde nobis magna ratio probitatis inſerta eſt, q̃ habeamus deũ ſup nos cuncta cernentem, proinde conſulte fecerimus. Si quicquid dixerimus, vel cogitauerimus, vel certe egerimus ſemper attendamus ſuper nos illius apertos fore oculos, cõſiderareq̃ cautius tum opera tum etiam omnes cogitatus noſtros. Sed dicunt inſani. Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob, & hoc forſitan ideo, q̃ non ſtatim punit peccantem: ſed expectat in multa patientia: hi tales audiant ſequentia, quibus dicitur, An ideo putandus eſt non videre, quia tãto videt patiẽtius quanto ſapientius? ac ſi diceret. An ideo putandus non videre nec opera hominum conſiderare, quia non ſubito punit, neſcis quia patientia eius in ſapientia libratur, vt dicatur tanto patientius ferre peccatorem: quanto ſapiẽtius. Sed equidem eius ſapientia magis in miſericordia q̃ in rigore iuſticiæ conſiſtit. Q ã ſi Deus in magna ſapientia nõ ferret pec

catorem, nec Magdalena nec Paulus nec alii peccatores regnum Dei possiderent. Sed sapiētiæ eius debemus & misericordiæ q̄ ī meliora tolleramur. dicēte Esaia ꝓpterea expectat vos Deus, vt misereat vr̄i. ca. 30. Proinde Paulus. Ignoras, inqt, quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit. Ro. 2. Qui in Ezechiele vsq̄ modo loquitur di. Nolo mortem peccatoris: sed vt magis conuertatur, & viuat. cap. 18. hæc est saplentia dei. Nam expectatio eius in misericordia, & q̄ quāto fuerit diuturnior, tanto fiet grauior in fine, iuxta illud lento quidem gradu ad vindictam diuina procedit ira, sed tarditatem supplicii grauitate recompensat. Sequitur.

Illi ergo vir sanctus timeat displicere, ne velit fœmine male placere. Illum cogitet omnia videre, ne velit fœmine male videri. Illius nāq̄ & in hac causa commendatus est timor, vbi scriptum est, Abominatio est domino defigiens nculum.

Felic̄ azert az zent hierhu, az isten

teul megutaltatni, hog ne akarion azzonembernek gonozul kelletni, Gondolia azt mindent latni, hog ne akarion azzonemberteul gono zul latatni. Mert annak e dologba is dichiiretes eu felelme, a hol iruā vagion. Vtalatos vrnak a zem teu zteteu ember.

PRohibuit ſuplus aſpectum qui eſt in crimine, eo q̄ nihil ſit faciendum, qđ eſt contra deum, quem præponere debe mus omnibus & adeo quidem reuereri, vt ne in minimo quidē offenſum iri yeli mus a nobis. Namq̄ offenſa eius modi ea non eſt. Q uē & amare debemus, ama riq̄ vicißim ab illo optemus. Igitur vir ſanctus illi vni timeat diſplicere, ne velit fœmine male placere. Ac ſi dicat, hoc ſo lo diſplicebit deo, ſi male placere velit fœminæ, cui bene placere nemo poterit in hac cauſa, quæ in carnis ardore eſt. No ta. Virum ſanctum appellat haud dubie hominem religioni addictū ſignificans, qualisq̄ ise ſſe debeat innotescens, quia

in primis sanctus. iam quis sanctus sit sci tis, quia amicus dei, primo per fidem, ac deinde per præceptorũ eius obseruatio, nem, & si faciat sanctitatis opera, ideſt ea quæ sanctum quenq; solent demõstrare, vt non solum nomẽ pietatis prætendat, ideſt vt nõ sit hypocrita: Hic ergo vir sanctus quicunq; is fuerit, timeat deo displicere, ne velit fœmine male placere. Primum igitur studium nostrum sit: ne deo displiceamus, mala omnia vitantes, non solum id quod præscribit regula, sed & alia omnia, vt sub vno omnia intelligantur. Secundum vt cogitemus illi, deo. s. lucentissimos esse oculos, & omnia perspicientes: etiam cogitatus quidem: vt nõ male videamur fœmine: concupisci videlicet ab ea volentes. Nam sic est male videri, ab ea in malum concupisci. Quod sane perfectorum est: vel qui saltem ad perfectionẽ cõtendunt: Debet ergo q̃q; insumere timorem in turpi appetitione: nedum id persequi vult, deo abominabilem se efficiat. Etenim summæ abominatur Deus defigentem oculum: Quod lasciuientiũ est: & nõ in via dei recta p̃fici scẽtiũ, hoc est q̃d dñs in euãgelio dicit.

Csíki Székely Múzeum
Csíkszereda

Nemo mittens manum in aratrum: & respiciens retro aptus ē regno dei. Luce. 9

Quãdo ergo simul estis in eceleſia vel vbicunq; fœmine sunt, inuicẽ vestram pudicitiã custodite. Deus enim qui habitat in vobis etiã isto modo custodiet vos ex vobis.

Mikor azert egyeutvattok az egy hazba: es valahol azzoniallatok vannak: Egymasba ti tiztasagto/kat meg erizzetek: mert az isten is ki ti bennetek lakozik ekepen eriz meg egymasmia titeket.

SCriptum est eccleſiaſti. 17. Quia vni cuiq; mãdauit Deus de proximo suo scilicet custodiendo, & non scandalizando. Ideo/Gene. 4. reprehenditur Caim q deo interroganti dicebat: Nunq̃d fratris mei custos sum ego? Vt q̃ legitime præcepto regule ad mutuam custodiam cohortaremur, præsertim in re pudicitiæ, q̃ vt præcioſiſſima est in nobis, ita etiã plurimos sortita impugnatores. Impugnatur enim a carne per concupiſcentiam fe

de delectationis: quæ vt immunda est in nobis: ita immundis delectari concupiscit, incensa a fomite: qui est in membris nostris vt testatur Paulus Rom. 7. Item a demonibus: quorum prauas suggestiones ignea tela vocat idē apls. Phil. 6. vt enim tela eiusmodi flammantia succendunt vbi ceciderint iaculata, sic praue demonum suggestiones infauillam vertunt omne ædificium internum viri spiritualis: si per consensum acquiescendo susceperit, vt recte præcipit dicens. State succincti lumbos vestros in veritate. Quocirca. Et Dominus apud Matthæū. Sint lumbi vestri præcincti. cap. 5. Lumbos autem præcingimus cum carnis luxuriam per continentiam coartamus, vt Grego. expōit. Item expugnatrices castitatis nostræ sunt & ipse forme fœminarū a quibus seruandi sunt. sensus luminum, Audi paulum loquentem Hoc igitur dico, & testificor in domino, vt iam nō ambuletis, sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a via dei per ignorantiam, quæ est in illis, propter cecitatem cordis ipsorum, qui desperātes

ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in operationē immundiciæ omnis. Eph. 4. expende ſingula orationis mēbra, & age in cordibus auditorum prout Dominus dederit. Quia eiuſmodi homines, hoc eſt immundi traditi ſunt in paſſiones ignominie cum gentibus, vt contumeliis afficiant corpora ſua. Rom. 1. Non enim vocauit nos Deus in immundiciam, ſed in ſanctificationem. 1. Theſſ. 4. Hæc enim eſt volūtas dei in electis vobis omnibus ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis ab immundicia, & ſciat vnuſquiſq; vas ſuū poſſidere in ſanctificatione, & honore, nō in paſſione deſiderii, ſicut & gentes, q̄ ignorant deum vt præclariſſime ibidem docuit Paulus. Quam igitur conuenienter lubemur, ad mutuam cuſtodiā, vt ĩprimis fulciamur, ne in paſſiones ignominiæ tradamur ab irato deo, cum præcipites nos viderit ruere in malum. Ideo namq; congregati ſumus, fratresq; vocamur vt mutuis auxiliis ſubleuemur. Scriptum eſt enī Melius eſt duos eſſe ſimul q̄ vnum, habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ. Si vnus ceciderit ab altero fulcietur. ve ſoli, quia cum ceciderit, nō

habet ſubleuantem ſe. Eccle. 4. Sequitur. Deus enim qui habitat in vobis etiã iſto modo cuſtodiet vos ex vobis. Ac ſi dicat etſi hẽat alios quoq; modos cuſtodiẽdi a malo, tamen is eſt vnus & præcipuus: proinde nec negligẽdus a nobis, Sequit.

Et ſi hanc, de qua loquor, oculi pe/ tulantiam in aliquo veſtrum aduer/ teritis, ſtatim admonete, ne cepta progrediãtur, ſed de proximo cor/ rigantur.

Es ha zemnek e fele buiálkotaſ/ ſat, kiſi zollok, valakibe tii kezele tek eſmerenditek, legottan meg yn chetek, hog az elkezdet gonozok touab ne teriedienek, de azontul meg feddeſſenek.

NOn eſt quo melius mederi poſſit huic malo, cũ alte cordi inſederit, q̃ correctione, id eſt, reprehenſione, caſti gatus nãq; cũ fuerit delinquens: & acrio/ ribus verbis ĩcrepatus penitudine veniã cõſequetur, & omnes eius macule citius purgabuntur. Ideo ſcriptura ait. Corri/

pe amicum tuum, ne forte non intellexe rit, & dicat non feci, ne iterum addat face re. Eccle. 19. Rursum in eadem scriptura legis istud: Corripe amicum, sæpe enim fit commissum peccatū. Hæc autem cor reptio nihil ex indignato animo profici, sci debebit, magis aut ē amico, & qui ze, let salutem pereuntis. Vnde ibidem scri, ptum est. Corripe proximum antequam commineris, & da locum timori altissi, mi. Alioqui non æqua putabitur corre, ptio, nihil gratiæ secum afferens: sed mē, dax sicut scriptum est. Est correptio men dax in ira contumelioſi.

Csíkszereda

Si autem post ammonitionem ite rum vel alio quoq; die idipsum eū facere videritis, iam velut vulnera, tum sanandum prodat, quicunque hoc potuerit inuenire.

Ha kedeeg a feddees vtan esmeg, auag masnaponis vgian ezeont teule latangiatok tēni, iimar mynt sebessleultet meg giogieiitasra ki ie lenche valaki ezt meg esmerheti.

PArcendum est fame proximi quoad fieri possit. Verum vbi salus animæ in eo præclitari incipit: & nec secus mederi illi poterit, fama negligenda erit, & saluti animæ, pro qua mortuus est Christus, succurrendum: ita vt salus præponẽda sit omnibus. Quo autẽ modo & ordine in accusatione procedendũ ẽ edocet, in sequentibus. Nam modus in omni re probatur, qui si desit virtus ipsa erit vitium: cum omnis virtus modestia moderetur, viuat, & floreat. In quod sequitur.

Prius tamen est alter vel tertio demonstrandum, vt duorum vel trium possit ore conuinci: & competenti seueritate coerceri.

De eleuzer masnak, auag harmadnak meg muntatando, hog kettenek, auag haromnak zaiaual meg giezettessek, es alkolmas segiele muel meg tiltassek.

COnuertitur ad illud qđ primo quoque tempore est faciendum, anteq̃ enim facinus occultum per accusationẽ

propaletur, teſtes quidem ſunt coaquirẽ di, qui ſtatuantur in teſtimonium ſuo tẽ pore, qui debent eſſe duo aut tres. Nam vnus contra vnum ſtatui nõ poteſt, ſicut ſcriptum eſt. Non ſtabit teſtis vnus cõtra aliquem, quicquid illud ſit peccati & facl noris, ſed in ore duorum aut triũ teſtiũ ſtat omne verbum. Deut. 19. iuxta quod & Dominus dixit. Ioan. 8. Et in lege veſtra ſcriptum eſt. Quia duorum hominũ teſtimonium verum eſt. Et Matth. 18. Si peccauerit frater tuus, vade, & corripe eum, inter te, & ipſum ſolum. ſi te audierit, lucratus es fratrem tuum, Si autem te non audierit, adhibe tecum adhucvnũ vel duos, vt in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbũ. Huc reſpiciebat & ipſe apoſtolus cum diceret. In ore duorũ, aut trium teſtiũ ſtat oẽ verbũ. 2. Cor. vlt. Iõ & Tim. monet. Aduerſus, ingens, præsbyterum accuſationẽ noli reciperet niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus. 1. Timo. 5. aliasfacile erraret examẽ iudicii. Hic igitur ordo in accuſatione obſeruãdus, vt primo admonitus ſi corrigi neglexerit prælato eſt intimandus. non tanquam iudici ſtatim executionem effica-

citer procuranti, sed tanquam pastori p, uidenti, qui secretius admonere debet delinquentem, aut sicut expedierit casti, gare. Qui si id negauerit. hinc testes con quirendi, in eum quorum testimonio de beat conuinci.

Nec vos iudicetis esse maleuolos, quando hoc indicatis. Magis quip pe innocētes non estis, si fratres ve stros, quos indicādo corrigere po, stis, tacendo perire permittis.

Magatokat se alehatok gonoz akaroknak ieni mikor ezt ki ielenti tek, mert bikonyaual ezel artatlā, bak nem vattok, ha tii atiatok fia, iit, kiket, ki ielentessel meg giogie ythattok vala: veztekssectekel hat, tok el veznie.

REspondet tacite obiectioni, p Andi pophorō, Est autem figura hæc rhe, toribus familiaris, qua tollere solēt oēm animi ambiguitatem, incertamq; cogita tionem, nam & obiectionis responsio di citur, posset enī qs intra se ita argutari.

Tu

Tu iubes prodicionem culpæ fratris, sed ego nolo esse inuirius cuiq̃, nolo esse aspẽ nolo esse grauis, ipse viderit, Sed certe ni hil hoc eris minus iniurius, minus inno cens: immo opus misericordiæ per q̃ ma ximum fuerit errantem proximum corri gere, & q̃ maximum facinus, culpã in fra tre negligere, quo certum est ipsum æter naliter interire, Sumit aũt argumẽtũ ab exemplo vlcerati, cui cum sanie cõcepta intumuerit ex percussione, aut alio vitio caro cum cute, virusq; dilapsum sit intra viscera, vt nisi ferro cedatur virusq; cum sanie educatur, actum sit de illo, quem si celes defensione, nec prodas, & intereat, tu hominem interfeciſti, esq; reus parici dii. Similis ratio est ĩ re spirituali, immo maior propalandi. Non est ergo maleuo lentia, sed benevolentia, non iniuria, nõ crudelitas vlla. Immo contra crudelitas maxima abste erit, & iniuria salutis, dũ indicando fratris morbũ sanare potes, & tacendo negligis vt pareat ille in con scientia. In quod sequitur.

Si enim frater tuus vulnus habet in corpore, quod velit occultari, cũ

timet ſecari, nonne crudeliter a te ſileretur, & miſericorditer indicaretur?

Mert ha te atiadſianak ſebvolnaeu teſtebe: kit a vagaſtul valo feltebe el akarna titkolni: Nemde kegietlenſeg volnae az te teuled, ha meg nem mõdanad: es nag irgalmaſſag ha ki ielentened.

HOc eſt argumentum a ſimili, & fortius q̃ vt cauillari argutia poſſit, Quia ſcilicet, qui vulnus in proximo occultat, ideſt nõ prodit, nõ accuſat, nec is qui habet audet timore ſectionis propalare, & interit, ille nequaq̃ immunis reputabit: poterat enim ſuccurrere, & non ſuccurrit, poterat præſeruare a malo, & non præſeruauit.

Tanto ergo potius debes manifeſtare, ne deterius putreſcat incorde.

Anneual inkab tartozol megielen teni atiadſianak vetket, Imez oka-

ert:hog gonozban megne ſotadiõ eu ziuebe.

COnclusio ſententiæ eſt, ꝙ nullo pacto debeas occultare ſcelus proximi ſed adſanandum prodere, Alias contra charitatem peccare te noueris manifeſtiſſime. Attamen modus tibi in primis eſt obſeruãdus, de quo hic docetur.

Sed antequam aliis demonſtretur, per quos conuincendus eſt, ſi negauerit, prius præpoſitꝰ debet oſtendi, ſi admonitus neglexerit corrigi: ne forte poſſit ſecretius correctus non innoteſcere cæteris.

De minek elette egebeknek megmutattanek, kikel meg giezetende vona, ha meg tagadna: elezer a feie delemnek kell meg mondani: ha inteſ bel nem akar meg iobulni: netalam titkos fegielemel meg iobul: es ig egiebeknek kinem ielenik.

ORdine præpoſtero cauſam accuſationis tractat. Cũ enim de publi-

ca primum culpæ accusatione dixisset, non prius id celebrari iussit q̃ testes in id ipsum idonei conquirerentur, tamen vt ante oĩa prælato mãifestetur, vt ipse seorsum & in secreto fratrem corrigat. Qui si obiectam sibi culpam negauerit, hinc antequam in iudicium veniat res, testes sunt conquirendi, vt cõuictus puniatur, principio ergo oĩum debet celebrari q̃d posterius dicit, videlicet intimatio rei prælato. Vtitur autẽ figurata orationis constructione quæ a Græcis appellatur hysteron proteron qua vti solemus quoties præponenda postponimus & e conuerso postponenda præponimus. Quæ figura commode hic posita vel iccirco videtur, vt per recollectionem membrorũ orationis apertius processus causæ pateat, dixit enim (vt iterum repetam) vt culpa non occultetur, sed per accusationem ꝓpaletur, deinde vt testes ĩidipsum conquirant, postremo vt anteq̃ hæc fierent proposito domus Vicario aut priori causa demonstretur. Sic ergo posteriore dicto anticipauit præmissa. Etenim sic dominus quoq; docuit in Euangelio seruandum esse in accusatione ordinem

Csíkszereda Csíki Székely Múzeum

modumq; Matth. 18. Vbi iubet peccantem primum secreto admoneri, deinde duos aut tres adhiberi testes, postremo ecclesiæ dici, ecclesia autem communis congregatio fidelium intelligitur.

Si autem negauerit, tunc neganti adhibendi sunt etiam alii coram omnibus, vt possit non ab vno teste argui, sed a duobus vel tribus conuinci: conuictus vero secundū præpositi vel presbyteri, ad cuius dispensationem pertinet arbitrium. debet emendatoriam subire vindictam.

Ha kedig megtagadādia, rea kell allatni (azutan a kesseg eleut) azokatis, kik a biint tudiak: hog nechak eg tanoual bizoneiitassek: de ketteuel, vag haromalis meg giiezettessek. A meg giezettetet kedig a haz feiedelmenek, vag a generalisnak, kinek hatalmat illeti ite

leti zerent zenuedien fegielmeze gietrelmet.

SVnt præstanti ingenio, ideſt optima natura quidã, vt peccata ſua, præsertim cum discrete agi secum vident, nulla graui contentione confiteantur, cum quibus mitius fuerit agendum. Ideo enim requisiti statim cõfitentur, quia facinus patratum dolent ex corde, & q̃ primum absolui emendariq; percupiunt. Sunt & duriores, quorum cor occaluit ex vitiis in consuetudinem iam adductis, qui vt emendari renuunt, sic & cõfiteri nolunt, qui nec dei iudicium timent, nec ignem eiusmodi obstinatis paratum, aut forte quia confiteri erubescunt: in hos adhibẽdi sunt testes oculati, non auriti, qui possunt esse mendaces. Nãq; melior est oculatus testis vnus q̃ auriti decẽ, per quos conuincendi sunt, & secundum arbitriũ præpositi, vel præsbyteri puniendi. Nemo etenim nisi conuictus legitime punitur. In quod & iudicia sunt instituta vt reus legitime conuincatur adhibitis testibus. Alioqui facile insons pro sonte haberi posset, & puniri, inter tot sæuien-

Csíki Székely Múzeum

tes ac malo veneno tinctas obtrectato-
rum linguas, quæ nec Christo Deo pep-
cerunt, vt palam Belzebub appellarent il
lum, & falsis criminationibus in crucem
adigerent, Verum enimuero quia chari-
tate fundati sumus, ipsa equidem & iustã
punitionem temperabit: vt non nimis se
uere peragatur, nec in alium finem, nisi
vt delinquens correctione ipsa fortius re
piscat, vtq; alii metu coerceantur. Pauli
vox est. Peccantes corã omnibus argue,
vt & cæteri timorem habeant. 1. Tim. 5.
Quod sane non ita intelligi velim, vt hi
soli essent corrigendi qui coram omni-
bus. i. in noticiam aliorum peccarent, se
dentes in pestilentie cathedra: sed coram
omnibus arguendos sanctus Apostolus
illos censet qui peccant. Est enim medici
na quædam ipsa correctio, tum illi qui
deliquit, tum aliis, quibus palam fit iu-
sticiæ rigor, Ob hanc causam patibula fo
ris ciuitates sunt posita, vt declarent iu-
dicum iustitiam legisq; seueritatem mi-
nime inibi negligi. Proinde cõuictus de
bet patienter emendatoriam subire vin-
dictam, propter correctionis vtilitatem,
Est enim vtilis, tum sibi, tũ aliis ipsa cor-

rectio. Sibi, quia vltra nō ob id puniet, dicente scriptura. Deus non iudicat bis in idipsum. Aliis verbis. Non consurget duplex tribulatio. Naum. 1. Enīuero multi ideo pœnas ignis æterni non euadent in futuro, quia hic pœnas temporales nō sustinent. Quia sunt aut potentes: Aut iudicia fugiunt, & exinde maiora sibi iudicia acquirent: Proinde & is qui iudicat meminerit in lenitate in primis legis acrimoniam tēperare, tū ratione fraternitatis: tum ratione amicitiæ, tum etiā ratione timoris, ne dum pertinacitur seueritatem legis intēdit pronus procumbat, ideo bene Paulus consulit. Gal. 6. dicens Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos q spiritales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis: considerans teipsum, ne & tu tenteris. Solet enim iusto iudicio eiusmodi rigidos iudices deserere deus, rigiditate nimia offensus: vt similiter cadant: sæpe grauius, quatinus ex se primum discant cum fragilibus qualiter sit agendum: Petrum hic mihi considera, qui cecidit, anteq̄ ad tribunal illud summū pontificii iuris ascēderet: vt ex se doctior fieret: Petr⁹ etsi cū

cæteris acceperat ſpiritum ſanctum quã tum ad directionem vitæ ſuæ: & quantũ ad documentum aliorũ: non tamen vnq̃ tam indulgens pater extitiſſet in reos: niſi ex lapſu didiciſſet parcendum fore reis Sed dum in aliis errata cõſpexit in ſe prĩ mum reuerſus: nihil magis miſericordia opus fore iudicauit. Sequitur.

Quam ſi ferre recuſauerit, etiam ſi ipſe non abſceſſerit, de veſtra ſocie tate proiiciat: Non enim & hoc fit crudeliter, ſed miſericorditer: ne contagione peſtifera plurimos per dat.

kit hanem acarand zenuedni, meg ha eunemmaga el nem menendis, tii tarſſaſagtocbol kiuetteſſek: É ſem lezen kegietleneul, de irgalmaſ ſan ez okaert, hog eu ragado de ghe mia ſokakat el ne vezeſſen.

DE lictum illorum, qui nec culpas ve rentur committere: & pœnas recuſant ferre: dicitur Interrigibilitas. Eiuſmodi autem delictum grauiſſimum eſſe

constat, & periculosissimum, vel ex eo q̃ remedia sanatiua repellit, & morbũ auget in dies: Hoc diabolicũ in primis est. q̃ ille semper peccatis peccata cumulat nec vnquam penitere intendit: Hoc est vitiũ illud q̃ nocẽtissimũ, quod religiones sacras demolitur: cõgregationes dissipat: & latibula latronũ facit ipsa domicilia claustrorum. Nam obediẽtiam abicit, quæ est primum robur & munimentum religionum, quarum omnis virtus incunctãter in sola hac videtur cõsistere. Amplius dico, hoc solum est vitiũ quod homines damnant: cum nullum aliud sit tam enorme, tam potens, quod id efficiat, si adsit vitæ correctio: Est enim iter alias species peccati directe in spiritum sanctũ, qui effusus est in mundũ, si qs eo velit vti, traheregz in vitæ emendationem: cui repugnat incorrigibilitas. Qua propter peccatum istud in nullo, quantũ cunqz magno fuerit sustinendum: etiam si alia forte rationabilius sustineantur. Memorabile factum Diui Ambrosii legimus qui cum Theodosiũ imperatorẽ, ob insigne eius facinus, reiecisset ab ecclesia, nec reciperet nisi in publicam pœ-

nitentiam: Cunq; diceret ei imperator & Dauidem peccauisse adulterio homicidioq; respondit. Secutus es illum imperator errantem, sequere & pœnitentem. Ad hoc verbū compunctus, suscepit pœnitentiam, & in humilitate perfecit suā iusticiam: De incorrigibilibus est illud domini præceptum. Si ecclesiam non audierit sit tibi sicut Ethnicus & publicanus, idest excommunicatus, & effugatus de medio iustorum: Matth. 18. Huic cōcordat præsens regule locus, De vestra, inquit, societate proiiciatur. Obserua hanc expulsionem varii varie interpretātur: Alii de quodam genere excommunicationis: vt quando interdicitur fratri communis conuictus. Alii de sequestratione carcerali. Alii de eiectione ab ordine detracto habitu, id quod incunctāter dicimus beatum Augu. hoc loci sensisse. Consultissime tamen nos fecerimus, si secundum diuersas persone culpe ve circunstantias, quandoq; primum, quādoq; secundū quādoq; & tertium efficiemus: ita q; semper mitior pœna eligatur, dummodo constet, q; sit æquæ medicinalis: & scandalum hinc aliis nō sequatur, aut

prouocatio maliciæ. Ad hæc, si legis iu-
stitia exinde nō periclitetur. In hunc mo
dum omnis scriptura docet. Ideo Eccle.
11. Attende, inquit, tibi a pestifero. Item
Apostolus deuitari iubet hæreticum ho
minem post trinam ammonitionem: Et
1. Timo. 3. Denunciamus, inquit, vobis
fratres in nomine domini nri Iesu Chri-
sti: vt subtrahatis vos ab oi fratre ambu-
lante inordinate: & non secundum tradi
tionem. Poetæ carmen est Vuaq; conspe
cta liuorem ducit ab vua. Et totus grex
in agro vnius scabie cadit: Et certe sæpe
deus: ob vnius peruersi noxam irascitur
in totam congregationem, exemplum
hēmus Iosue. 23. quia ob vnum Acham
indignatus fuit super omnem Israelem.
Ideo recte dictum est: Nō enim & hoc fit
crudeliter, sed misericorditer: ne conta-
gione pestifera plurimos perdat. Vbi ad-
uerte q; Incorrigibilitas vitium cōtagio
sum dicitur: eo q; tales, verbis, quibus se
defendere solent: & exemplo manifestos
& tollerātia qua aliis solent præstare au-
daciam ad similia faciendum, corrūpunt
alios: Ideo cum eiiciuntur misericordi-
ter agitur cum aliis: ne videlicet corrum-

pantur. Sed quid faciendum, si eiecti petunt se recipi. Respõdeo. Si culpe incorrigibilitas in ipsis manet, non tenentur eos eiectores recipere. Immo iuste possunt a receptione repelli: sicut iuste sunt expulsi. Nec obstat decretalis lex, quæ dicit fugitiuos esse requirendos: Quia hoc intelligitur, quando sunt tales, qui cum vtilitate congregationis possunt tolleri, aliter non: Nam nec ouis morbida eiecta in caulam solet reduci, per eandem causam qua eiecta est: Si vero credatur probabiliter q sint de culpis correcti: & cessauerũt mala facere & a cõsuetis abstinere tenent eiectores eos recipere, salua disciplina ordinis: & etiã requirere pro loco & tempore: Sequitur.

Et hoc quod dixi de oculo non figendo, etiam in cæteris inuenien/dis, prohibendis, indicandis, iudicandis, conuincendisq; peccatis, diligenter & fideliter obseruetur cum dilectione hominum, & odio vitiorum.

Es ez a mit mondek a zemnek nẽ

teuztetessereul, egieb beunekneknekis megleleſſebe, tiltaſſaba, megielẽtes ſebe, iteleſſebe, & meggiezeſſebe zorgalmaſſan, es hiuen megtartaſſek, embereknek żeretetiiuel, & bineknek gileſſegeuel.

NE putares vnam ſpeciem dum traſtat ita intellexiſſe, vt non alia ſub eadem notaret vitia, docet in ſpecie genus accepiſſe, ergo dicit eundem modũ obſeruari debere in omnibus culpis inueniendis, prohibẽdis, indicandis, iudicandis, cõuincẽdisq; id eſt. Quomodo inueniantur culpæ, prohibeantur, indicent, iudicent, & conuincantur cætere quoq;. Neq; enim fas eſt in ſacris locis permitti vitia ſuboriri, ſed omnia in primo ſemine extingui, ne in ſegetem creſcant, id eſt, ne multipicentur, vbi nihil niſi ſumma ſanctitas, ſumma ĩtegritas, puritasq; vitæ eſſe debent, quibus afficitur Chriſtus. Cuius flores ſunt virtutes, honor honeſtasq;, q libenter paſcitur inter odora caſtitatis Lilia. Vbi autem diligenter & fideliter iubet modum datum obſer-

uaritinnuit q̄ nō debent eē ſomnolēti in hæc exquirenda prælati:ſed ſolliciti. Nā hoc eſt diligēter fieri quod ſollicite:fideliter autem ſine perſonarū acceptione, in quibuſcunq; proderit diſciplina: proderit autem in omnibus, aut adſe, aut ad alios, aut ad vtrunq; ſimul. Deniq; cū di lectione hoīum ſunt perſequenda vitia in hominibus:vt proximus ſeruetur. ꝑ quo mortuus eſt Chriſtus: intereat autem vitium:quod morte Chriſti profligatum eſt ſemel, ne in ſanctis regnet, Sēper odienda ſunt vitia, vbicūq; & in quocunq; inuenta ſint, proximus amandus: aliter nihil conſentimus deo.

Quicunq; autem in tantū prægreſſus fuerit malum: vt occulte ab aliquo literas: vel quodlibet munus acceperit: Si hoc vltro confitetur, parcatur illi: & oretur pro eo: Si autem deprehenditur, atq; cōuincitur, ſecūdum arbitrium præsbyteri vel præpoſiti grauius emen/
Valaki kedig olii nag gonoſſagra

magat bochatangia hog titcon va
lakiteul leueleket: auag egeb akat
mi aiandecot veiend: ha ezt eun/
kent megualya: meg bochataſſek
neki: es imattaſſek erette: ha kedig
benne megfogattatik: es meggie/
zettetik: A haz feiedelmenek: aua/
gi: a Generaliſnak akaraty a zerent
nehezben megfegielmezteſſek.

SVnt pertinaces quidam, qui arbitra-
tu quaſi iure ſuo vti amant: & quod
profeſſione emiſſa ſemel abnegarũt, rur
ſum cupiunt in ſuum vſum aſſiumere: vt
libertate voluntatis licentius fruantur:
parum aduertentes q̃ graui malo verſen
tur: agantq; contra conſcientiam: hi ſo/
lent literas aliaq; munuſcula ſine ſcitu
ſuperioris accipere, legere, & ſeruare da
ta. Sic apud ſe ratiocinantes: Si hoc oſtẽ
dam prælato meo eius vſu carebo. Aut
poteſt eſſe in literis quippiam tale: quod
minime deceat alios ſcire: Sed certe ni/
hil debet celare probus & integer frater
prælato: Cui in vniuerſum conſentire
debet:

debet: & sub eius arbitrio degere: omnē voluntatem subordinatam illius voluntati habere: Dicit ergo: Quicunq; autem in tantum progressus fuerit malum &c. Si hoc vltro confitetur: parcatur illi: & oretur pro eo: Sunt enim optimo ingenio alii fratres: qui siquid per errorem admiserint contra statuta: leges q; ordinis, tacti statim conscientia: quia minime id admisisse debuerant, recurrūt ad opportuna remedia: adeunt prælatum: vltro culpam confitentur, offerunt & data acceptaq;, ne ab his teneantur in conscientia inuexi: neue quid sarcine ferant secū in iudicium: quibus vtiq; parcendum est: sic tamen vt oratio fiat pro eis a sanctis fratribus, per commissionem superioris: etenim per orationes opportunius emēdari omnia fides habet: Sunt alii duro & obstinato ingenio: qui tardius requirunt erratorum suorum remedia: aut nunq;, p suadētes iniqua ratiocinatione sibi, hoc atq; illud præter scitum ac consensum superioris posse recipere tenereq;, & vti rebus pro arbitratu: hi si deprehendantur grauius emendari debent, non sic intelligendo: vt pœna in grauiori culpa expres-

sa in constitutione nam dum hanc regu-
lam scriberet Diuus Aug. nondum erat
cõstitutio cõposita. Sed a posterioris eui
patribus: qui nondum erant: Intelligen-
dum ergo grauius hunc emendari debe-
re q̃ illum superiorem, qui vltro confes-
sione sua tempestiue remedium sibi acq
siuit: Vbi nãq̃ grauior inest culpa: gra-
uior inesse debebit & pœna. Iuxta illud
quod scriptum est. Pro mensura delicti
erit & plagarum modus.

Vestes vestras in vnũ habeatis sub
vno custode vel duobus: vel quot
sufficere possunt ad eas executien-
das: ne a tinea ledãtur: Et sicut pa
scimini ex vno cellario: sic induami
ni ex vno vestiario: Si fieri potest
ad vos non pertineat: quod vobis
indumentum pro temporum con-
gruentia proferatur: vtrum hoc re-
cipiat vnusquisq̃ quod deposuerat:
an aliud quod alter habuerat: dum
tamen vnicuiq̃ prout cuiq̃ opus
est non negetur.

Ti ruhaitokat egieut tarchatok egi auag ket erize alat: auag myni elegek leznek azoknak razaſſara auag vereſſeſ, hogi amoltul megne bantaſſanak: es mikent elteuk egi eleſhazbol azonkeppen egi ruhaſ/ hazbol elteztesſetek: ha lehetſeges arra ne gondoſiatok hogi nectek minemeu ruha adaſſek ideunek il/ lendeuſege zerent: hog ha azont adiake amit ki beadotuala: auagi maſt. akit egieb viſielt vala, chiak hogi mideneknek amint kinek zikſeg leiend adaſſek meg.

TOtum id quod dicit de aſſeruatio/ ne veſtimentorũ ætatem beati Au/ guſtini reſpicit, quando ſecundum tem/ pus, in vna domo veſtimenta aſſeruaban tur, circa quæ deputati erãt certi fratres qui prouiderent, eſtate & hyeme, q̃ obſer uatio modo euacuata eſt, iuxta tẽporis opportunitatem, ita vt modo in ſola in/ tentione hic paſſus, & hoc præceptum re gule a nobis obſeruatur, ceremonia in

aliam consuetudinem per dispensationẽ ipsius sacri ordinis mutata. Intentio aũt regule hæc est, vt, scilicet communis charitas inuiolabiliter obseruetur, & nemo quod suũ est quærat, sed quod alterius: & proprie reipublice, sicut scriptum est, qa charitas non quærit quæ sua sunt, & cõmunia propriis anteponit, non propria communibus. Vnde pro isto tempore interdici video solum, ne quis extra monasterium quippiam collatorũ teneat, sed sua cella quisq; cõtentus sit, quæ domus est reipublicæ, id est cõmunitatis, & ipsa. Porro per congruentiã temporum intelligé ætatem & hyemem.

Si autem hinc inter vos contentiones, & murmura oriunt, cum conq̃ritur aliquis se deterius accepisse q̃ prius habuerat, & indignum se esse q̃ non ita vestiatur sicut alius vestiatur: hinc vos probate, quantum desit vobis in illo sancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigatis, Tamẽ si vestra tolleratur

infirmitas, vt hoc recipiatis, quod posueritis, in vnum tamen locum, sub communibus custodibus habe te, quod ponitis. Ita sane ꝙ nullus sibi aliquid operetur, sed omnia ve stra in vnum fiant, maiori studio, & frequentiori alacritate, q̃ si vo/ bis singuli faceretis propria. Cha/ ritas enim de qua scriptũ est, ꝙ nõ quærit quæ sua sunt, sic intelligit. Quia communia propriis: nõ pro pria communibus anteponit.
Ha kedig ebeul ti kezetteteuk ve/ tekedessek: es zugodassok tamad/ nak: mikor valaki panazolkodik hog alabualo vona az elebinel a/ mit uyonnan neki attak: es melta/ tlannak aleiitia maganak lẽni hog nẽ vgi ruhaztatik mint maas ru/ haztatik: ebeul magatokrol bizon sagot vegetek mine fogiatkozatia vagion tü ziuetecnek belse zentse

ges eltezetibe, kik teſti eltezetrel panazkottok: De maga ha ty giat ſoſagtok ebbē elzenuettetik hogi azont vegietek amit be attatokva la, de maga egihelen kez erizek alat tarchatok amit leuettek. Ezt azert mondom hogi ſenki maga/ nak valamit ne chelekediek: de mi denetek egietembe legienek nagi/ ob zeretettel, es giakortab ualo gioſagal, hogi nem ha kiki mint maganak tulaidont valamit mi/ uelkednek: mert a zereteт, kireul ituan uagion, hogi nem kereſſi ami euei. Igi ertetik, mert a kezenſegeſ ſeket eleulueti a tulaidonoknak: nē a tulaidonokat veti a kezenſegeſ/ ſek eleut.

COntentio, quæ in diuiſione animo rum eſt ad religioſos non pertinet de qua infra dicit. Lites autem nullas ha beatis: quod a charitatis conditionibus procul ſit ſita: & per eam cōmune fœdus

amicitiæ rumpi ſubinde ſoleat: & in præ
ſenti cauſa contra deum & prælatum di-
rigatur: omnis nãq; poteſtas a Domino
deo eſt: & qui reſiſtit poteſtati: dei reſiſtit
ordinationi: Rom. 13. De murmure id
pro certo tenete, quia nec filii iſrael in-
trare ob id in terram promiſſionis ꝓmiſ
ſi ſunt: quicũq; Egyptum egreſſi exceptis
duobus videlicet: caleph, & Ioſue: Q ui-
bus Moyſes atq; Aaron dicebant, Nõ eſt
murmur veſtrum contra nos, ſed contra
dominũ: Exod. 17. hiſdem dictum fuit a
deo. Omnes qui murmuraſtis cõtra me,
non intrabitis in terram, ſuper quam le-
uaui manum meam, vt habitare vos fa-
cerem Num. 14 Sic & modo minime ſi-
nentur regnum cœlorũ ingredi murmu-
ratores. Greg. Regnum cœlorũ nullus q
murmurat accipit. Itẽ hoc eſt peccatũ,
quod non ſolum in futuro, ſed etiam in
præſenti Deus horribiliter punit, ob id
nanq; Maria ſoror Moyſi percuſſa eſt le
pra. Num. 12. ob id ignis diuinitus accẽ-
ſus combuſſit extremam partem caſtro-
rum. Num. 11. ob id Datan & Abyron
abſorpti ſunt a terra viuentes. Nu. 16. ob
id ignis egreſſus eſt a domino, & exuſſit

ducentos quinquaginta viros, ob id & ſerpentes igniti populum occidebant. Hoc eſt peſſimum vitiū, quod facile concitat omnes. Scriptum eſt Nu. 14. Quia pauci murmurare fecerunt omnē multitudinem contra Moyſen. Dixit Abbas paſtor in vitis patrū. Qui quærulus eſt, monachus non eſt. Nō igitur murmuraueritis, qui filii dei eſtis, & inuicem fratres: nec magis attēdere debetis ad indumentum corporis q̄ animæ, quod fiet, ſi videamini pro corporalibus murmurare per contentionem.

Et ideo quanto amplius rem communem q̄ propria veſtra curaueritis, tāto amplius vos proficere nouerit is: vt in omnibus, quibus vtitur tranſitoria neceſſitas, ſuperemineat, quæ permanet charitas.

Azertis mineuel incab a kezēſegeſ ſecre hognē, mint tulaidonocra viſ ſeltek gondot, tugia tok hog anne ual tebet haznaltok: hogi minde/nekbe kikel eel ez elmulando zik/

Csíki Székely Múzeum
Csíkszereda

seg feleul tessek ameg maradando zeretet.

PRimum & maximū, quod in omni republica est ab omnibus diligenter obseruandum, vt cōmuni virtute publica res procuretur, ꝓmoueatur, & augeatur, cuius promotio est omnium ciuiū conseruatio, dignitas, & honor, vt merito pro ipsa omnia cōtemnenda, & vxor, & liberi, & res propriæ, pro qua & vita dependenda est, si casus tulerit, Hanc quoties ciues negligunt, fuæ saluti, consentionig detrahunt. Nanq vt dignitas & emolumentum reipublicæ secum ducit honorē & oēs oium ciuiū dignitates & ipsa emolumenta, sic damna secum trahit omniū, si paulo incautius curata sit. Sic & nobiscum res geritur fratres. Scitis enim ꝙa in republica ordinis sumus: vna domus continet nos. Modo si commune bonum curauerimus salui sumus: si hoc negligimus, minime cōstabimus. Id enim certum est, nostrum honorem & dignitatem versari in re communi, stare & cadere. Vt igitur stet non cadat vnusquisq pro virili curare debebit ipsam rē

communē, & augere, nec ſuis bonis eam defraudare. Duplicitur autem defraudatur, aut negligentia incuria ve, aut proprii curatione. Illud abeſſe debebit a nobis, qui ad laborē nati ſumus, ſicut auis advolatum, æquus ad curſum. vt magna ignominia ſit iam homini integro inerter vitam tranſigere mortalem, deficit enim hæc vt vomer, ſiue iaceat ſiue in opere exerceatur, ſed melius ē exedi ſplē dētem in exercitio, q̄ iacentem rubigine conſumi. Hoc autem, ideſt proprii curationem profeſſa pauperias abegit a nobis. proinde veriſſimum eſt hoc. Quāto amplius rem communem q̄ propria curaueritis, tanto amplius vos proficere noueritis, vt in omnibus quibus vtitur tranſitoria neceſſitas ſuperemineat, quæ permanet charitas.

Conſequens ergo eſt, vt cum quis filiis ſuis, aut aliqua neceſſitudine ad ſe pertinentibus, in monaſterio conſtitutis, aliquam contulerit veſtem, ſiue quodlibet aliud inter neceſſaria deputandum, non occulte

accipiatur, ſed ſit in poteſtate præ poſiti: vt in rem communem reda/ctum cui neceſſe fuerit præbeatur: Quod ſi quis rem ſibi collatam cela uerit furti iudicio condemnetur.
Keuetkezende azert, hogi micorõ valaki fiaiinak auagi valami racon ſagal hoza tartozandocnak, kik a monoſtorba vannak, valami ruhat adãd: auagi egiebet acarmit zicſeg kezibe zamlaiãdot: vitkon cſac ve/teſſek: de legien a feiedelemnek ha talmaſſagaba: hogi a keſſeg marha iaba zamlaltatot kinek zikſeg le/iend adaſſek: Hogi ha ki kedeg a/heki adatot marhat eltitkolangia: orſagnak iteletiuel binteſſek.

PRæcipimur nihil ab extraneis perſo nis occultandi ſtudio accipere, etiam ſi parentes quippiam contulerint filiis eremitis. aut ſanguine propinqui aliis Quia nõ ſumus noſtri iuris: nec quippiã tenere proprii poſſumus: Tantum ab ſit

ab animis nostris, vt velimus aliquid ac cipere, ac tenere contra voluntatem no stri superioris, scituq; eius: si vere religio si esse voluimus: Nemo se decipiat mul tam sibi parit necessitatem cupiditas in misere conscientiæ præsturam q̄ maxi mā: Sed iā forte solēt qdā obiectare: qua si minus prouideretur subditis a præla tis: Sed hæc putatio multos fefellit: multos inuertit. Nam nemo nostrum hactenus nudus incessit: non conquere batur Ioannes, qui vilibus indutus erat vilibus æremū incolebat. Vilibusq; ad hominum conspectus incedebat. Non Paulus primus Eremita ordinis nr̄i pa ter signiferq; insignis qui nuditatē e pal me foliis textura vestiebat: Quid plura? Gloriat' Apostolus in sua nuditate: Sed & præceptum regule dicit: nec affectetis vestibus placere sed morib⁹: Optimi mo res optime vestes sunt: Proinde vestitus exterior si non poterit pro voluntate fie ri. Ast saltem fiat pro necessitate: Quīa, scilicet melius est minus egere q̄ plus ha bere. Deinde cum dicitur. Quod si quis rem sibi collatam celauerit, &c. Nota. Res collata dicitur celari tribus modis.

Primo, cum ponitur in aliquo occulto loco, aio occultandi:ii per similes sunt coruis, aut gracculis, qui numum suffu, rantur, & occultant. Alio modo, quãdo quæritur, & non propalatur: Sic Rachel occultauit patri idola in castris quærẽti. Gen. 31. Tertio modo, quando tempore debito non ostenditur, sicut dicitur fur, non solum qui furatur rem, sed etiam si furatam non indicat. Porro frater qui rẽ collatam celat recte dicitur fur, quia rẽ non suam, sed communitatis, inuito do mino, scilicet ad quem pertinet dilpẽsa, tio, occultat, & ideo ut fur puniendus. Triplici autẽ pœna punitur fur. primo confusione seu verecundia. Eccle. 5. Sup furem confusio. Secũdo. Redditione furti. Exod. 22. Si furto abbatũ quid fuerit restituat. Tertio punicione corporali Ioſue. 7. Non ero vobiscum, donec cõteratis eum, qui huius sceleris reus est. Ergo qui rem collatam celauerit furti iudicio condemnetur, id est in notitiam aliorũ detur publica obiectione: & cogatur ad restituendum ablata: & pœna carcerali vexetur, quoad prælato placuerit.

Indumenta veſtra ſecundum arbi/
trium præpoſiti lauentur, ſiue a vo
bis: ſiue a fullonibus: ne interiores
animæ ſordes contrahat mundeve
ſtis nimius appetitus.

Tii eltezettek a feiedelemnek a ca
ratia zerent moſſataſſanak, acar tii
magatoktul: a car a moſſoctul ho/
gi a tizta ruganak feletteualo keuã
ſaga leleknek belſe zenniet ne ze/
rezze.

Csíki Székely Múzeum

Esmelerisſuen votum amplius retre
ctari non poteſt, nec qui alieno iuri
volens ſeſe ſubdidit, vltra ſui iuris eẽ po
teſt, Non igitur noſtro arbitrio in ſancta
profeſſione aliquid efficere poſſumus, ni
ſi conſulto ſuperiore, de cuius nutu pen
deimus. Hinc eſt q̃ etiam ablutio veſtiũ
noſtro ĩterdicitur arbitrio, quatinus no/
ſtrũ omne opus maiore præmio cumu/
letur, & ne vllũ opus ſit ſine vſu obedien
tiæ, quã vel ſolam præfero in operibus
noſtris: qua ſalãcitatẽ noſtræ cupidinis
in nobis in primis volẽtes coercuimus.

Christum nobis proponentes, q sub obe dientia effecit omnia, & cuius opera ipsa obediẽtia multo oĩum maxime exorna tur. ideo nec crucis maledictum defuge revoluit, etsi vehementer infra dignita tem personę eius id genus mortis esset. Certum nãq; est, subinde nos peccare no strapte voluntate, si quid paulo liberius nobis ĩdulgere cœperimus. Indulgemus autem ob connaturalem philautiam, id est amorem nr̃i ipsius. quo in nos defle ctimus, nobisq; meliora quærimus, pro inde ne nostra voluntas fiat etiam in mi nimo, cauemur ne ablutionem vestimen torum sine concessione prælati celebre mus, siue vt etiã in modicis mereamur, siue vt nec ad punctum ab obedientia di scedamus. qua sola omnia opera nostra etiam necessaria coror re in nobis no uit dominus. Iam scitis q̃ sit vestimento rum ipsorũ necessaria ablutio ob pedo rem corporeũ, & sudorem, p̃ter illa, quæ extrĩsecus accidunt spurcamenta, hæc autem ablutio siue a vobis, siue a fullo nibus. i. ab his q mundare solent vestes. fiat. Vsus tamen noster habet, vt ab ipsis fratribus fiat, & est decentius. Sed non ni

ſi de voluntate, & iudicio ſuperioris: Cauſa ſubditur. Ne īteriores animæ ſordes contrahat munde veſtis nimius appetitus. ideſt. vt non cum peccato deleſtationis, aut ſuperbie, quæ ſunt ſordes animæ, fiat eiuſmodi mundicies. poſſet enim ita contingere.

Lauacrum etiam corpori, cū infirmitatis neceſſitas cogit minime denegetur, fiat ſine murmure de conſilio medici, ita vt etiam ſi nolit, iubente præpoſito faciat, quod faciē dum eſt pro ſalute: Si autem velit: & forte non expedit, ſue cupiditati non obediatur: aliquando enim etiam ſi noceat, prodeſſe creditur quod deleſtat.

A teſtnek is a moſſas mycor betegſegnek zicſege kezereit megne tagataſſek: az oruoſnak tanachabol Vgi hogi hanem a carnais megtegie a feiedelem parancholuā: amit megkel tenni egeſſegeiert: Micor

kedeg

kedeg a carnaa: es talam zikseg, nẽ volna eu keuansaganak ne enget/ tessek: Mert neha bator archonis haznalnia techik a mi gienierket/ tet.

Sicut vestimentis, sic & corpori concedit necessariam mundiciem, quæ fieri habet p balnea, neqꝫ enim vel idipsum donec circũferimus possumus in vniuersum negligere, vt non puritati eius interim prouideamus: saltẽ qñ infirmitatis necessitas cogit: quatinus absterſis eius sordibus, facilior regressus sit sanitatis: corpore vegetato, ac sanguine quodãmodo recreato excitatoqꝫ: hẽt enim ab extrĩseco nonnulla sanitatis fomenta corpus nostrum: quæ si negentur, vita diminuta sit illi necesse est. Ergo lauacrum ẽt corpori cum infirmitatis necessitas cogit, minime denegetur: Attende, quia necessitatem in causa ponit: quæ si desit, concessio nemini suffragatur: Immo prohibitio in hoc mox ipm sequitur: cũ dicit: Si autem velit, & forte non expedit, suæ cupiditati non obediatur: Causa in propatulo est. Aliquando enim etiam si no/

ceat prodesse creditur, quod delectat: Ita vt si necessitas tulerit, etiam si nolit, cogatur vt subeat balneum: Sin autem, suæ cupiditati non obediatur: Sic ergo diſiũctam sententiam copulat, vt necessitati indulgeat, non voluptati: & id quidem p modum remedii cuiusdam: vt citra culpam fiat indulgentia. Nãq; nisi adsit necessitas, nõ decerit vitium in delectatione: Attendant præceptum hi: qui nulla infirmitatis necessitate ad balnea frequẽtius recurrunt: Nunq; est concedendum, nisi in necessitate: ne cutem curemus: sensus v e nostros in delectationem excitemus, qui carnis mortificationem in nobis suscepimus: voluptatẽ omnẽ religione abdicãtes. Sed & istud venit ĩ quæstionem. Quid est quod dicitur: Aliquando enim etiam si noceat prodesse creditur, quod delectat: Vtrum ad corpus vel animam sit nocumentum referendum? Potest ad vtrunq; referri. Nam & corpori sæpe balnea nociua esse, iuxta medicorum placita, & animæ, si delectatione consentiatur, nouimus, ergo dum prodesse corpori creditur, animæ nocumẽtum incurritur: Et in genere morbi dum vnum de-

pelli creditur aliud a balneo accersitur.
Deinq; si latens est dolor in corpore, famulo dei, dicenti, q; sibi doleat: sine dubitatione credatur: Sed tamen vtrum sanando illi dolori, quod delectat, expediat: si non est certum, medicus consulatur.
Touaba hogi ha titkon valo nyaualia leiend a testbe: es az isten zolgaia mongia hogi neki faidalmavagion: ketsegnelkil meghigietek: de ha bizonial nem erthetitek hogi ha hasznalnac nuagi nem a faida lomnak az, ami eutet gienerkettei, tahat oruost kergietek rola: es amihez eu tanet azerent tegetek.

Sicut mors, ita & mortis circūstantiæ adsunt nobis, qui sunt morbi, qui vt varii sunt, ita persæpe iuxta causas incogniti, Certū est aūt vnūquenq; suū expiri morbum, cuius vi cruciatur, dū opprimitur, in quo quisq; succurri sibi ab aliis desiderat, Id enim prope peculiare est il-

li, vt desideret subuentionem, ideoq; co-
git ad confessionem laborantem, quem
acuta vi premit, & vbi viderit compassio
nem leniri certum est, eo q̄ compassio se
cum ferat virtutem remedii, contra im-
misericordia augmentum doloris. Id q̄d
primū quisq; in se experitur, proinde re-
cte præcipitur, vt si quando famulus dei
cōfitetur, q̄ sibi doleat, sine dubitatione
credatur, idest statim & sincere credatur.
Verum quia multa interim appetit infir
mus, vnde sibi præsidium subuentionis
sperat, igitur in tali causa medicus consu
lendus, & secundum præceptum eius fa-
ciendum.

Nec eant ad balnea, siue quocunq; ire necesse fuerit, minus q̄ duo vel tres: & ille qui habet aliquo eundi necessitatem, cum quibus præpositus iusserit ire debet.

A feredekbe se menienek: auagi a-
carhoua kelletendik mēni keuesbē,
mint ketten, vagi harmā: es az, aki
nek valahoua kelletendik menni, a

kikel ahaz feiedelme parancholan dia, menien.

ISTud mandatum ad itinerantes pertinet, Quia, enim religioſorū ordo eſt ſtatus pfectionis, & ſummæ honeſtatis: proinde religioſi ſummā modeſtiā vbiq; debent prætēdere, hoc aūt modeſtiæ cōuenit, ne ſoliuagi incedant fres ſed comite iuncti. Cum vero neceſſitatem eundi inſinuat, intelligere debemus, vt nō ſine neceſſitate monaſteriū egrediamur: Sed nunquid ſolum fratrem mittere vſpiam poſſit prælatus? Reſpondeo, poteſt, vbi viderit eam integritatem quæ inconcuſſa ſit: Nam & apoſtoli ſoli ſæpe ibant: & ſummæ modeſtiæ virtutē prætendebant fructum ſalutis vbi procreantes optimo ſui exēplo, & doctrina: Extat Decretalis Innocentii, prælatum poſſe diſpenſatiue efficere quæcunq; circa vota ſunt, in caſu neceſſitatis.

Egrotantium cura: ſiue poſt ægritudinem reficiendorum ſiue aliqua imbecillitate: etiam ſiue febribus laborantium vni alicui debet iniun-

gi, vt ipſe de cellario petat, quod cuiq; opus eſſe perſpexerit: Siue autẽ qui cellario, ſiue qui veſtibus præponuntur: ſiue qui codicibus ſine murmure ſeruiant fratribus ſuis.

Abetegeknek: auagi a betegſegbel felgiogiulandoknak: auagi akar/minemeu niaualiabeliieknek: aua/gi hidegleleſſel nehezelteknek gõ/diaegire valakire vetteſſek: hogi az kerieki az eleeshazbol amire la/tangia nogi zikiege vagion vala meliiknek. Azok kedeg kik elees hazhoz: auagi kik ruhakhoz: aua/gi kik kenuekhez vetetendnek zu godaſnelkil zeretetuel zolgalia/nak eu atiokfiaiinak.

CVra in primis ægrotantium eſt ha/benda: Nã ſi miſeris ſemper ſit ſub/ueniẽdum: miſeria magna obſidet ægro tos, primumq; impotentes ſui ſunt: dein

de ꝙ doloribus cruciantibusq; pro gene re morbi p̄munt. Et certe membrum mē bro ſubuenir̄ ſatagit. vbi viderit affli&ctio nem: Nos autem ſumus inuicē mēbra, vt docet apoſtolus, fidei primum ſacra- mentis, deinde vero & ipſa religiōe ꝓfeſ- ſionis: qua indiuiſe vnum ſumus: vnūq; nos confitemur. Modo vbi tot vnitatis cauſæ concurrunt: alterumq; alteri ſine controuerſia membrum eſſe nemo dubi tauerit, conuenit equidem, vt alter alte- rius onera portemus. Nam in hoc conſti tuit nos Chriſtus: vt communis vitæ ſo cietate viuamus, hilariter & prompte in uicem ſeruientes. Proinde quoties cura ægroti alicui imponitur, ſubire debet ſi ne recuſatione. Vt miniſterium plenū ſit charitate, meritoq; remunerādum: Nāq; ad id præter fidei, religionis ꝙ ſocietatē, ēt naturæ lege obſtringimur, vt inuicem ſeruiamus: In hoc enim & conuictus ho minum primum cœpit: vt mutuis auxi- liis ſibi adſint, cū antea ferinis moribus paſſim per nemora vagarentur, & nos co acti ſumus e ferarum latibulis in ceno- bia: Q & ſi id negligimus, quis vſus fue- rit tantæ ſocietatis nō video. Neq; vero

solis dulcibus verbis succurrendum pu-
taueritis, cum non in solis verbis, sed fa-
cto, & re ipsa sedet charitas, hoc clamat
Ioannes, hoc Iacobus passim in epistolis
summa gratia conscriptis: miserescendū
ergo est re ipsa fratri necessitatem haben
ti, Nonne Ioannis vox: ista est. Non diliga
mus verbo, neq; lingua, sed opere, & veri
tate. Item. Qui viderit fratrem suum ne-
cesse habere: & clauserit viscera sua ab eo
qūo charitas dei manet in eo? 1. Ioan. 3.
Idē in seq. ca. huiusmodi dilectionis ho-
spitem pro mercede statuit Deum cū di-
cit: Si diligamus inuicem, deus in nobis
manet: & charitas eius in nobis perfecta
est. Alioqui verbaria dilectio est & hypo
critica, adeoq; ipso fructu carens vt & pœ
nam accersat, & peccatum sit. Neq; enim
aliud q̄ dolosa irrisio est, de qua Iaco. 2.
Si frater, & soror nudi sint: & indigeant
victu quotidiano, dicat autem aliqs. Ite
in pace: calefacimini, & saturamini, non
dederitis autem eis, quæ necessaria sunt
corpori, quid proderit? O insignis demē-
tia. O peccatum omni pœna dignissimū
quod manet in illis q̄bus solo in ore na-
tat pietas, corde summa inclementia, &

illusio magna. qui in se indulgentes sunt immites in alios. Sed iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam Zac. 2. Quocirca vitatis tantæ insipientie malis, cura ægrotantium vni alicui debet iniungi, vt ipse de cellario petat, quod cuiqꝫ opus esse perspexerit. Obserua, In hoc qđ dicit, de cellario petēda esse necessaria iniungitur cura oīst vt per vnum omne officii genus intelligantur.

Codices certa hora singulis diebꝰ petantur: extra horam qui petierit non accipiat: Vestimenta vero & calceamenta quando indigentibus fuerint necessaria, dare non differant, sub quorū custodia sunt, quæ poscuntur.

Akeniiuek meg zerzet oraba napō kent ki kerettessenek: az oranak ki uele aki kerendi neki ne adiak: Aru hazatok kedeg es labbeliek miko/ ron zikelkedecnek kelletēdnek ad ni nehalogassak a kiknek erizetek

alat vannak azok kik kerettetnek.

DVo præcipiuntur. Primum vt codices certa hora ſingulis diebus expectantur. Alterum, vt veſtimenta, & calceamenta, quando indigentibus fuerint neceſſaria dare non differant, ſub quorũ cuſtodia ſunt, q̃ poſcuntur. Primũ qđ præcipitur de codicũ expetitione ꝓtinet ad antiquã conſuetudinẽ, id quod modo in ſola intentione tenetur, conſuetudine illa abrogata, & hic eſt alter locus qui in obſeruatiõe mutatus eſt. Nec enĩ in vna domo ita nunc continentur codices, vt non alibi poſſint teneri, poſſunt cum licentia, vt non certa hora ſingulis diebus petantur, vt olim. Eſt autem intentio regule vt non ocio vacent fratres, ſed vt bonis ſtudiis operã dent, Magna ſatis ratione, nã legẽ dei de ore eorũ requirunt, vt ꝓpheta Malachias habet ca. 2. Alterum præceptũ ſpectat ad officiales, vt ſunt ſartores & ſutores: ſpectat & ad p̃latos, ſub quorũ cuſtodia ſunt neceſſaria, vt hi dare non differant ea quæ poſcuntur, Alioq occaſio põt dari proprietatibus, Maxime cum frequenter deluſio fiat pollicita

tione, Hi enim in primis charitatem oñ dere debent erga fratres ſuos, quorũ i mi niſterio poſiti ſunt, Alioqui ſeruos inuti les & pigros ſe eſſe nouerint, in quos ful gurat ſnĩa illa euangelica. Inutilẽ aũt ſer uũ eiicite ĩ tenebras exteriores, illic erit fletus, & ſtridor dentium. Matth. 25. Nũ tibi videtur ſeruus ille ſtrenuus, & non magis piger, qui miniſterio ſuo male vti tur, nec cogitat qua nã ratione in mini ſterio poſitus ſit, qa vt ſtrenue prouideat his, quorũ miniſter eſt, vt non q̃rela fiat? Sed alii ſunt, qui puident qdẽ fratribus, ſed tarde procraſtinando, vt nõ niſi nimi ti prouidere videantur, Enimuero qui charitate informatus miniſtrat, & liben ter miniſtrat, & puidet hilariter. Alii iã irati ſunt anteq̃ peteretur aliqd ab eis, & cũ dant improperanter dant, id qđ petit ab eis, aut minus dant, aut vilius, quãdo ſibi & libenter puident, & abundanter, & præcioſe, ſæpe plus ſatis. Iam ſunt, q qua ſi in ignem iniicerent id qđ fratribus egẽ tibus porrigere aut conferre coguntur, ſed ii oẽs vacui ſunt charitate, vacui ſũt ſpiritu Chriſti, vacui ſunt deo, tã abſunt a ſpe ſalutis capeſſende, cum nec chriſtia

ni sint, nedum religiosi, quorum pars est cũ hypocritis & gentibus, nec in templo dei sunt, sed foris ī atrio, quod nõ est metitum cum templo. i. hi non sunt in numero electorum. Apoc. 11. nec noīa eorum scripta in libro vite agni. Apoc. 13.

Lites autem nullas habeatis: aut q̃ celerrime finiatis: ne ira crescat in odium: & trabē faciat de festuca: & animam faciat homicidā. Sic enim legitis. Qui odit fratrem suum homicida est.

Semi patuarkodastok nectek ne legien: ha mikor tertenik: minteul hamarab lehet eluegezetek: hogi a harag ne neuekediek giilessegre: es hogi gerendat ne zerezen a zalkabol: es a lelket gilcossa ne tegie: Mert iigi oluassatok az iraſba. A ki gileli eu atiiafiat, giilkos az.

A Postoli vox est, Non oportet seruũ dei litigare, sed mansuetum esse. 2. Timo. 2. Et iterũ. Si quis videtur inter

